generalem ordinis magistrum fecit. post episcopū massetanū: non tamē tot dignitatibus auctus: sermones deseruit. Me presente senis predicare de pauptate cepit multaq; incōmoda pauperum multasq; miserias in me diū adduxit. Exinde quid dicam inquit: tot sunt paupertatis tedia vt nihil supra. Ego quidē gratias deo refero qui p episcopatū bis līberat⁹ sum Sic ergo & tu dicere potes. Nam ēpatus ex miseriis curialiuz te extraxit quod tam mihi iocundū est q̄ tibi vtile. Tu vide vt diues factus non sis paup. Iam tibi facultas est. quia potes q̄ multos ditare. Cura vt boies dignos pmoueas. Nō tamē sic te bac lege astrinxeris. quin etiā pro tuo libito aliquibus beneficias. Is cui scripsisti de tua promotione multū in te sperat. vir bonus est & tui amatissimus. Fac vt eius noticia nō sit apud te infructuosa. Inter alios aūt quos dignos & virtute p̄stantes ad bñficia ec desiastica pmoueris. Si vnū vel alterū indignū aliquādo aliquo bñficio subleuaueris nō erit reprehendendū. quia nō vituperat̄ qui semel errat sed qui magis errat q̄ benefacit. Concedendū est aliquid amicitie atz cōsuetudini. non tamen cum preiudicio veritatis: q̄uis Aristoteles Platoni veritatem pretulerit. meo iudicio magis fame q̄ veritatis amore. Vale & mihi aliquando scribe.

Peti insigne regis anglie pro amico. EPISTOLA LXXX

e Neas siluius poeta reuerēdo patri Adam de mulin aplīce sedis protbonotario & serenissimi regis anglie secretario. S.p.d. Tātū est inter nos terrarū maris montiū fluminūq;. vt raro inueniam qui vel ad te vel abs te veniāt. Sic fit vt nec tu meas lr̄as vt vellē crebras accipias. nec ego tuas videre possum est mihi hoc graue. Nam sumope quid rerū agas: quidue fortunarū habeas scire cupio. Nunc cū lator presentium vir probus ad te venturuz se diceret. statui banc breuē epl'am ad te destinare: Ex qua si nō multa intelligeres tuū saltem Eneam bene valere cognosceres. Verū quia nulla petitio amici causa refutāda est. Cum vir lr̄atus magnaq; virtute preditus. N. secretarius impialis mihi amantissimus diuisiā serenissimi principis regz tui deferre cupiat. sitq; hoc munere dignissimus. Te precor. horto. obtestorq; vt hoc sibi apud regiam maiestatē impetratū reddas: lr̄asq; mihi transmittes regias p quas ei talē diuisiā ferre liceat. qđ si feceris mihi singularē complacentiam gratiamq; conferes & hominē dignissimū pmouebis qui diuisie regie no min⁹ honori prestabit. q̄ ipa sibi diuisia decus p̄beat. scis em̄ tales res illis cōmitti deberi qui tueri earum bonorificentiam possint: sicut is est pro quo tibi scribo. Tu fac vt preces mee sicuti consueuerunt apud te bene recepte efficacesq; sint. Vale mihiq; oīno rescribe. In rebus ecclesie breui pcipies que maiestatis impatorie mens exīstat.

Hūgari spreto ladislao regni berede vero. regis polonie filiū intrusert

Euerēdissimo in xp̄o patri & il- EPISTOLA LXXXI

r lustri principi dño Leonardo ep̄o patauien. dño suo colēdissimo

Eneas siluius secretarius impialis seipm recõmendat ac. S. p. d. Quis res
bũgaricas post obitũ diui Sigismundi ptim videris ptim audiueris vsq;
in hãc diẽ quo pacto sint geste. Scripturus tñ ego nũc aliqua de bũgaris
cui magis q; tue dignationi talia dirigã nõ scio. Nam & si vera scripsero
autoritatẽ eplẽ dabis: & si falsum aliqd intercederit lima tua eradẽ. Re-
feram ergo breuissime quod menti sedet. vt sciant posteri & a quibus
impugnatum Ladislai regis bungarie ius fuerit & a quibus defensum.
ac ipe postea cũ grandiusculus fuerit nra legẽs scripta si qñ illa in manus
suas deuenerit. qui de se bñ & qui male sint meriti sciat. vt illis premia &
istis si se humiliauerint veniam tribuat. ptinaces aũt in penam rapiat. Est
em̃ principis officiũ parcere subiectis & debellare supbos. sed ne modus
proposite breuitatis excedã: narratõis hoc principiũ erit. in bũgaria mor
tuo Sigismũdo gener eius Albertus dux austrie regnũ suscepit. qui dus
variis bellos; strepitibus fatigatur. dũq; caloribus insuetis se miscet. con-
tracto morbo relicta Elizabeth vxore pregnante breui tẽpe extinctus
est. Hungari more hominũ qui nouitatibus oblectantur reginã adeunt:
regnũ amplissimũ multisq; hostibus circũdatum rege carere nõ posse di-
cũt. Viduã quoq; nubere admonẽt. Extorquẽt deniq; vuladislaũ polo-
nie regẽ adhuc epbebũ vocari. illa et si partum expectare cuperet: vbi tũ
precibus locũ furor negat. oratores mitti annuit. qui vuladislaum acces-
sant. Eamq; legẽ adiicit vt si marem interea pareat: nulla legatõi vis insit.
Dũ legati viã faciũt priusq; vuladislaũ cõueniãt: pariẽte regina Ladislai
Alberti filius nascit̃. Scitulus infans & in orbe toto nobilissima progeni
es. Scribit̃ legatis ne quid vlterius attingãt. Ladislaus apud albam rega
lem ex Dionisii strigonien. archiepi manibus coronã quã beati Stepha-
ni fuisse sacrãq; putãt inunctus recepit. Nicolaus aũt vainoda transilua-
nus militiã illi cõtulit eumq; gladio cinxit. Legati in poloniã missi spret̃
regine iussib⁹ siue corrupti auro (quis em̃ nõ munere vincit̃) siue theu
tonice nois odio (Nã rara inter vicinos cõcordia ẽ) tanq; nihil de pue-
ro scirẽt vuladislaũ accedũt pmissoq; regno secũ in bungariã ducũt. sibi-
q; budã in aduẽtu tradũt. scindit̃ eueſtigio regnũ. & hic regina puerum
defendẽte inde polonis impugnãtibus infinite rapine cedesq; fiunt. Ni-
colaus vainoda transiluanus siue nouarũ cupidus rer; : siue regine late-
situs iniuriis quã em̃ nõ fidẽ contẽptus frangit ad polonũ deficit. Et qa
vbi fortuna fauet. illic & fauor hoim se inclinat. intra paucos dies maior
proceꝝ pars vuladislaũ sequit̃. Erat vuladislaus adolescẽs q; uis facie &
corpe deformis. liberalitate tñ & animi magnitudie dign⁹ laude. Alloq;
bat̃ ppl'm absq; interpte: quos virtute prestates viros nouit. munerib⁹ si
bi cociliauit. Plura donauit q; sibi retinuit. itaq; diues in modũ regis vi-
deri tñ paup poterat. Nulli rei difficili atq; piculose seipm negauit: qbus
artibus & vulgi & nobiliũ aios cõciliauit. Fit g cõnetus regnicolaꝝ apd
budã: vocant̃ vtriusq; ptis plati atq; barones. tanq; de cõmuni totius re-

43

gni vtilitate sit trãsigẽdum. Et ne q̃s venire formidet: lr̃e salui cõductus
quibus libet accedẽtib⁹ exhibẽt̃: sub quaꝝ fiducia & dionisi⁹ archiep̃us
& ladislaus banus de gara budã ꝓficiscunt̃. Sꝫ nulla ẽ regni societas (vt
ennius inqt) nulla pietas fidesq̃ locũ bꝫ vbi dominiũ q̃rit̃. Capiũt̃ igit̃
archiep̃s bãnusqꝫ: lꝫ centũ & ampli⁹ sigillis sese tutos arbitrarent̃. Et nisi
mortẽ subire velint: alter coronare nouũ regẽ: alter iurare & fidelitatẽ po
lono ꝓmittere cogit̃. Qd̃ si neqꝫ catho fecisset neqꝫ regulus q vitaꝫ sub-
mittebãt honori: nõ tñ impropandũ hoc est nr̃o tp̃e si propter vitaꝫ faci-
mus q̃ nõ vident̃ faciẽda. Nec em̃ hi hodie sum⁹: q ꝓ iusticia capita nr̃a
ponam⁹: q̃uis & stultũ ẽ propter iusticiã mori si nullũ iusticie cõmoduꝫ
nullũqꝫ inuanũ iuuamẽ mors ipsa cõtulerit. In regine ꝑtibus Albertus
dux austrie: Vlric⁹ cilie comes cõsilio maturus. Giscra bohem⁹ incõcusse
vir fidei cũ nõnullis ciuitatib⁹ & aliquib⁹ baronibus ꝑmãserũt. Sed regi-
na cũ se debiliorẽ vidit imparẽqꝫ polono: filiũ paruulũ cũ corona ad Fri-
dericũ cesareꝫ trãsmittit: sibiqꝫ patruelẽ cõmẽdat. Archiep̃s aũt banusqꝫ
vt primũ libertati redditi sunt ad reginã redeũt (q̃a nõ põt eẽ diuturnũ
qd̃ violentũ ẽ: nec stabile fieri põt qd̃ animis ꝓmittit̃ inuitis) Interiecto
deinde tp̃e cũ regia ad colloquiũ cũ polono venissꝫ: nõnullaqꝫ pacꝫ fede
ra ꝑcussisset: ex matricis dolore q̃ sibi familiaris erat vitã & regnũ amisit.
Quidã eã veneno extinctã putauere: vt sunt homies in malas suspitiões
prompti & ad criminandũ magis q̃ꝫ laudandũ nati. Post hec cũ iã fride-
ricus ex reni ꝑtibus: accepto dyademate: remeasset. Iulianus sancti ange-
li cardinalis vir & ingenii & animi dotib⁹ singularis: qui tũc apl̃ice sedis
legat⁹ pacẽ in regno cõponere: ac exercitũ cõtra thurcos excitare iussus
erat: maiestatẽ cesareã apd̃ vuiennã cõuenit; quẽ secuti sunt vuarien̄ ep̃s
& decan⁹ cracouien̄. regis polonie oratores: alter hũilitate p̃cipua: alter
fastu maxio mẽorabilis. hortatiq̃ cesarẽ sunt: vt & cõtra thurcos auxilia
mitteret & vt de pace cũ rege polonie cõueniret: quẽ regẽ hũgarie appel
labãt. Sꝫ q̃a nec leges pacis offerebãt̃ q̃ Ladislao regi cõducerẽt: nec tu-
tum erat id bellũ iuuare in quo rex polonie principatũ teneret: q post tri
umphũ sicut insolentes hoies victoria facit, aduersus austriã signa verte-
ret. infectis reb⁹ Iulian⁹ atꝫ college remissi sunt. Facte fuerũt tñ paulopost
ad bienniũ inducie. q̃bus cautũ ẽ nec ꝑtib⁹ Ladislai reg⁹ ꝑ vuladislaũ su-
osq̃ dari nocumentũ: nec rursus turbari debere q polonũ seq̃rent̃. Siq̃s
violator federis eẽt hunc ambe ꝑtes cõpescerẽt. Rex aũt polonie Iuliani
suasu & instigatõe regnicolaꝝ: cũ exercitu i thurcos traiicit. Cũq̃ ad flu-
men venisset qd̃ morauam incole vocitãt: auditũ ẽ in ꝓpinquo exercit⁹
hostiũ delitescere. Itũ ẽ igit̃ in p̃liũ ac cũ basso cõflictatũ. quo victo duo
milia hoim cesa sunt. q̃ttuor milia capta: inter quos ductores tredecim fu
ere. signa militaria nouem. Sic em̃ Iulianus suis lr̃is cesari qui tũc in carin
thia fuit significauit. q̃uis vuladislaus more polonorum qui de magnis
maiora loquunt̃ trigintamilia hoim cedisse suis epistolis annotauerit.

Tum quoq; & ſophia vrbs bulgaroꝝ nonnulla opida & caſtella hoſtium in deditionē recepta ſunt. Exinde cū fame laboraret exercitus. nec anguſtias romanie trāſire liceret: Nā turco milite cuſtodiebant: dimiſſis copiis budā reuentū eſt: quā vuladiſlaus cū magna totius pplī letitia quaſi triūphator intrauit. Sed hui⁹ victorie pter auſpiciū nihil ad eū ptinuit. Nā ſolus Iohānes vainoda trāſiluanus rei militaris exptiſſim⁹. cuj decē milibus expeditoꝝ militū hoc bellū cōfecit. Fracti hac pugna turci: naj & in aſia cōſligere cogebant. Inducias petūt q̄s traditis quibuſdā artib⁹ iureiurando firmatas obtinuerūt. Sed audito paulopoſt claſſis aduentu quā pontifex maxim⁹ Eugenius ac Philippus burgūdoꝝ dux in eleſpō tum trāſmiſerat: tanq̄ ex aſia in europā tranſire turcos ꝓhibitura foret. Elati prioris victorie ſucceſſib⁹ būgari: ſuadēteq̄ Iuliano q treugas nullius momēti fore dicebat in iuſſu ſedis aplīce: cū hoſtibus xp̄iani nomīs factas: pacē ruperūt. Collectoq̄ grādi exercitu terras hoſtiū ingrediunt vaſtāteſq̄ ferro & igne q̄cunq̄ obuiā fiunt. Nō longe ab andrinopoli caſtra locāt: quibus cognitis & ip̄e magnus turcus ingētes copias cōgregat. At ſi vera eſt fama centūmilia viroꝝ exercitum conflauit: traiectoq̄ mari vt quidā volunt circa boſſoꝝ tracie (nō ſine magna ianuenſiū infamia) in europā venit. nā & q̄dā ianuenſiū naues p̄buiſſe trāſitū illis referebant. Cuius tm veri piculū ad me nō recipio. nec mihi p̄ſuaſum ē tanta quenq̄ auaricia fore vt xp̄ianū ſanguinē pecunia vēdat niſi quē diabol⁹ in modū iude ſibi ſubiecerit. Aduetus turcoꝝ tāſubitus fuit: vt pri⁹ veniſſe viſi ſint hoſtes q̄ auditi venire. Vbi g in cōſpectu fuere viſaq̄ multitudo ē pugnatoꝝ loge maior q̄ putaret. Ingens terror xp̄ianos iuaſit (vt fit qn̄ ex inopinato pugnandū ē) nō tm detrectauere certamē bungari: nec regio ſanguini defuit anim⁹. ſed ſtructis ordinibus aciē educūt: committuntq̄ durū & atroꝝ p̄liū. At dū nri pro fide & illi p̄ p̄fidia pugnāt tantū ſanguis vtrinq̄ effundit̄ (vt in modū lacus campi ſtagnarent) diu certatū eſt equis virib⁹: dū xp̄iani ſuas acies virtute ſuſtētant: turci vero numero ſupplēt. Cūq̄ p plures horas nūc illi nūc iſti cederēt: ad extremū indinata xp̄ianoꝝ acie victores euadūt turci. Iuramētaq̄ nō ſolū domeſticis fidei ſed etiā hoſtibus ſeruāda demonſtrant. In hoc p̄lio clarus adoleſcens aut captus eſt aut occiſus rex polonie. nec enim adhuc equata eſt noticia veritati. Penas tamen certum eſt eum dediſſe vſurpati alieni regni: qui dum ſpoliare paterno regno Ladiſlaum querit: ſuum amittit. Ceca eſt nimirum cupiditas hominuj qui non contenti ciuitatibus dominari: prouincias querūt poſt regnū. nec ſic expleti etiam regnis: regna cumulare nituntur. Neſcientes quā parua res eſt que vitā eripit homini & oibus pompis ac dominiis nudū in momēto reddit. Corpuſcula nra vbi ſpūs euolauit modico ſartofago cōtentant̄. Et tāleta ſunt inter aurū gemmaſq̄ recondita q̄ inter feces hominū ferarūq̄ collocata. Quod ſi vuladiſlaus aniaduertiſſet: quietus in regno ſuo (nā ſatis diuitiaꝝ poſſi

44

debat) nunc̄q̄ bungariā attigiſſet. Sed ſecuti ſunt eū varadiē. & agrien. epī qui regnū in diuiſionē adduxerāt: pluresq̄ alii ꝓceres dn̄icq̄ potētes. qui dū incōſultius q̄audaciter p̄liant hoſtiū gladiis occubuerūt. Ceſa ex amb abus ptibus circiter q̄dragīta milia referūt. Nā & cruēta lugubriſq̄ victoria hoſtibus fuit. qui vt erant numero plures ſic ēt ex ſuis plures ceciderūt. Iulianus cardinalis in bello vulneratus ē: ac dum fugit amiſſo ſanguine deficiēs apud paludē quandā impiis būgaro & manib⁹ non ex voluntate nobilitatis ſed ex furore plebis occiſus ē. Clarūq̄ illū ſpm̄ emiſit qui quondā ſuaui oīone generale cōciliū cūctoſq̄ pīes Baſilee cōgregatos ex arbitrio ſuo gubernauit. Pauciſſimi ex tāto exercitu ſupfuerūt. eoſq̄ nō tantū fuga liberauit quātū hoſtiū timor: qui dum ſe victos arbi tranē ꝓſequi fugientes negligūt. Diu poſt mors vuladiſlai et Iuliani increpita fuerat: quidaz nāq̄ vt inuicte virtutis illos ſciebāt: ſic & immortales eē rebanē: que res p plures mēſes abſq̄ nouitate regnū ſuſpēdit. Laurentius p̄terea palatinus būgarie: acri vir ingenio: nouas indies lr̄as cōfingebat: q̄bus ppli mētes paſceret. Nūc vuladiſlaū in polonia ſoſpitem eſſe: nūc intra dies paucos ventuꝝ aſſerēs. At vbi demū compta mēdacia auctori abrogarūt fidē (ſic em̄ plectit mēdax vt dū credi ſibi falſa vult etiā in veris repellat) cōuentū regni habere placuit. Et q̄a palatinus budam dauſerat in peſte qui locus ps bude trans danubiū cenſet cōgregatio facta eſt. q̄d vt accepi loci noīe ſum exterrit⁹. Sicut & pompeiū cū in ciprū veniſſet cbato baſilea peterruit q̄d mala regina interp̄tat. Mihi q̄dem in peſte q̄d in malū ſonat nihil boni videbat posſe cōdudi. nec adhuc meliorē ſpem hēo. Illic p̄lati baroneſq̄ regni cōueniētes vnanimi voto Ladiſlaum Alberti filiū in regem eligūt: vicarios regni ordināt. decreta p cōi pace faciūt: & oratores noiant: q̄ ad ceſar ē petituri pueꝝ deſtinēt. Placet tn̄ in poloniā mitti inueſtigaricq̄ regē ac certo tpe noticiā expectari. Nūcius in poloniā miſſus matrē regis allocut⁹ nihil certi repit. Labit expectatiois termin⁹. Tū oratores iter arripiūt: ſed interim gimzenſes būgari qui plura latrocinia in dominiis auſtrie cōmiſerāt. crudeliores ſeſe dietim ondentes: manſuetudinē ceſaris ad iracundiā ꝓuocarunt q̄ prepato exercitu intra paucos dies eos in muris clauſit: obſidiōe cinxit: & ad deditionē cōpulit. Quo cognito: maturat oratorum aduētus. Interueniēt i buſq̄ tractatibus ceſar qui budā vſq̄ cū exercitu ꝓfecturus fuerat: audituros būgaros dimiſſa militia vuiennā rediit. Iam Giſcra bohemus rex. oim gnarus: anteq̄ ceſar in campo foret: nouā ciuitatē intrauerat & q̄ facturi eēnt būgari p̄dixerat. Is p̄tiam regis Ladiſlai deſiderauit: ad quez cū veniſſet puerulūq̄ cōſpexiſſet cōlacrimat⁹ eſt. Et heu quātos ingt prote labores ſubii: quot adiui ꝑicula: quantū ſanguinis ꝓdidi. Sed tu hec p etatē non intelligis: vtinā tantū mihi vite detur q̄ tu ſenſate loqui poſſis et qui tibi cū fide ſeruiuerūt cognoſcere. Nōnullaq̄ munera puero cōtulit. Tum iobānes mdr camere impialis qui tūc forte aderat: hic ingt. Se-

renissime princeps diu tuas ptes in bũgaria tutatus ẽ. hic tuus dux tuus tutor: tuus defensor tuusq; rector est. Cur nõ sibi stipẽdiũ pbes. Ad hec puellus diuino quodã spũ ductus aptis loculis q iuxta filacterias iohannis pendebãt sex nũmos recepit Giscreq; tradidit: quos ille filo aureo ad collũ suspẽdit: & vsq; in hãc diẽ ob memoriã puerilis liberalitatis secum defert. Sed remeante ab obsidiõe cesare: ex his q regni legati fuerant deputati. Dionysius cardinalis archiepꝰ strigonien. venit magne prudẽtie & integritatis pr̃: cũ eo & Ladislaus bãnus ꝓfectus ẽ magni generꝭ vir. Nicolaus aũt vaynoda palatini verbo retẽtus q̃tuor ex amicis suis trãsmisit. cũ istis & Giscra tanq; regnicolã se cõiunxit. Interea comes Georius. comes croatẽ. Osualdus de rosgen ad cesarez ꝓfecti sunt scituri res bungarie quẽ exitũ sortirent. Petitio legatoꝝ fuit: qa regnũ in peste conueniens Ladislaũ Alberti filiũ in regẽ delegit. Oramus te cesar bũc ad albam regalẽ cum sancta corona nobis assignes. Nã & ibi coronare eũ volumus & sibi vt par est homagia prestare. post hec satis erit si eũ in regno coronãq; habuerimus. verba alia fuerũt snia tñ ista. Rñsum est. q coronatus sit. eũ non amplius coronandũ eẽ: ladislao & paterno & auito & materno iure regnũ deberi bũgarie. Bñ tñ fecisse bũgaros qui veꝝ suũ heredem nõ aliũ elegerãt. Qđ in regno puer teneat no eẽ inuitũ cesari: cuius & alia regna eũ respiciant & alia dominia. Pluraq; alia dicta sunt vt est in curiis principũ mos. ad ostentationẽ magis q̃ ad veritatez. Cũ pluribus vtrinq; tractatibus habitis: nulla concordia inueniri posset. Nicolaũ vaynodam accersiri placuit. Ad quẽ Ladislaus bannus & nonnulli alii missi sunt. Sed is nescio qua diffidentia motus venire noluit nisi & aliq ex cõsilio cesaris ad eũ mitterẽt. ob quam causam Vlricus comes de schauenburgk ãdolescens supra etatem prudens. cuius pater ob singularem sapientiam Alberto regi acceptissimus fuit. & modo apud Fridericũ cesarez percharus est. in quouis magno negocio cõsultus habẽt. Tũ & Caspar schlick cãcellarius ingenio celeri. consilio graui. & in bungaria notissimꝰ cũ plerisq; aliis destinati sunt. Hi apud soproniũ cõueniẽtes. Nicolaum in quadã villa cõmorantẽ accesserunt. multis verbis ac ꝓmissionibus vt vuiennã petet induxerũt. Nullius tñ verba magis eũ mouere q̃ Caspar is quẽ ipse cũ Sigismũdo & Alberto cesaribus potentem viderat & in primis acceptũ. is ergo in celebritate diui Hieronimi vuiennã ingressus est. Comites illi erãt Matbias episcopus vespruneñ. antiquus regni cancellarius vir corpe breuis. sed honesta facie atq; canitie venerabilis. Aderat & Emericus de marcellis. curie quondaz regie mgr̃. antiquisq; regibus charus. plures etiã alii venerãt domi nobiles equitatus circiter qngentarũ pson̄. Fuerũt loricati ducẽti quadrige quattuor atq; viginti. Cesar illi cum omni militia Sigismundoq; duci viuaci & animoso extra portas obuiam iuit. in premissis que vaynodam mouerent ne in conspectu suo equum descenderet nescitur. Sic cm̃ hodie imperii dignitas atte-

nuata est. vt vix illi comites caput inclinet. cui maximi reges sese solebāt
ad terrā pternere. Sed ē olim potestatū finis. Nec romanū imperium vt
virgilius credidit sine fine datū est. qđ siciam videt egrotū vt de sepultu
ra magis q̄ de medico sit cogitandū. Pomposius g Nicolai aduētus fu-
it. cui & cesar obuiā pcessit & ois ciuitas q̄si ad spectaculū effusa est. Hun
garoꝝ quoq; intuitu Ladislaus puer qui tūc in arce scbaduien. vbi stiriā
austria terminat. tanq; in munitissimo loco tenebaē vsq; in laschsenburg
deductus ē. Postq; finitis solēnitatib⁹ ad tractat⁹ reuentū ē. Nicola⁹ eade
postulauit q̄ cardinalis atꝫ college pri⁹ petierāt. Dū varie locutoes habē-
tur: būgari q cōsiliū regis intrabāt cū aliis būgaris vsq; ad probrū cōten-
derunt. Giscra đꝫ Nicolaū iurgio aggressus est: q; is noua q̄dam corona
tione: se qui fidē mutauerat iustū ostendere vellet & alios qui fidē incon-
cussam tenuerāt reprobare. Dolebat em Giscra q; amplius in cōsilio bū-
garoꝝ nō recipeē sed dam eo singula fierēt. Itaq; postea i cesareo cōsilio
recept⁹ ē. Et q̄uis industria Casparis cācellarii & alioꝝ amicoꝝ recōcilia
tus. Nicolao fuerit. bungaroꝝ tn cōsiliis noluit interesse. Post hec cū iaꝫ
būgari in cōuiuio cū cesare fuissent: pluraq; tractata inuanū videreē. Vlti
mū rnsum postulatū ē. qđ in bāc fere sniam cesar dedit. Coronationē no-
uā q̄uis necessaria nō eet vnctiōe omissa p pace & vniōe regni pmissurū
se fore. Velle tn publicis regni lris caueri. pmā. ppea nullaten⁹ violari co-
ronatoꝫ. Securitatēq; dari & pueꝝ et coronā post hec sibi restitui: q̄s i po
sonio q ē regni locus insignis nutrire vellet. si noie pueri cuius ē arx sibi
cōtrasignareē. Obligationē quā būgari petebāt: absq; volūtate vicario
rū regni pueꝝ nō abduci fieri nō decere. Quia cesari solū taq; pximo cō-
sanguineo & p matrē & alios cōmēdat⁹ ille fuisset. Promittebat tn lris q;
firmatuꝝ cesar dicebat deficiēte puero nec coronā nec castrū posonii alie
nari a regno. videriq; sibi bonū dicebat platos ac barones regni apd bo-
sonium cōueniree vbi de mō celebrādeq; coronatōis cū securitate. deq; re
gno gubernādo concluderēt. Sup gbus rebus si potestatē būgari brent
regni noie statim se cū eis determinationē factuꝝ aiebat. Sin aūt hortat⁹
est talia ad cōitatem regni deduci: rnsumq; mitti. Nouitates aūt fieri ma
gnope disuasit: p dicēs eis veꝝ būgarie regē eē Ladislaū: nec sine ipo pa-
cem inuenire posse: cui⁹ fundamētū est iusticia. Quo rnso cōturbati bun-
gari mox se recessuros aiebāt. Sꝫ q̄primū ad diuersoria redierūt. vocato
Vlrico cilie comite viro cordato atq; sagaci: q propter hmōi tractat⁹ ad-
uenerat. Caspaꝝ đꝫ cācellariū appellauere (nā & sibi magnā fidē bēbat)
Tum quia industriū virum cognoscebāt: tum q; eum cesari acceptū pu-
tabāt. Ex rnsionibus que ferri oēs ex ipius ore pronunciebanē. His aiūt
bungari rnsum cesaris iniustū eē: futurūq; regno ingratū. Cōtra Caspar
atqꝫ Vlricus omnia equa dicunt que cesar rnderit mirariq; se hungaros
tamaridos sterilesq; venisse: vt tieqꝫ vnā regni arcem assignari Ladislao
possent. in qua post coronationē iuxta decus regiū habitaret. Quid mul

ta: Nolumus inquiũt bũgari sic nudi recedere. Sũt etiam alia si vultis in quibus cõuenire põt. Arx posonii in ptãte nr̃a nõ est. Sed albã regalẽ cesari trademus q eam dũ coronatio celebrat̃ suo arbitrio muniat: nec plures introire pmittat q̃ velit. Nos q sumus hic ex bungaria & tu comes cilie cũ Giscra fidẽ cesari demus puer̃ celebrata coronatiõe ad hamburgam qd est austrie oppidũ restituere. Coronam in manibus vicarior̃ regni seruari volum⁹. Aut si hoc non placet sub tua custodia ponet̃ Vlrice Tum quoq; & alba regalis. Nicolao vainoda reddenda erit. Referũtur hec cesari. Quidã laudãt: quidã improbrãt. Comites croacie & hi quor̃ longe diu ersa snia fuit: aiunt bungaros bũiles factos nõnulla iusta pmittere: multa tñ plura pmissuros si ppositũ teneatur. Exinde qd semel responsum est minime placet mutari. Nam qd reges dicãt fixum & solidũ esse debere contẽdit̃ inconstantiã cum in priuatis hominibus vitãda sit, in regibus detestabilẽ esse quor̃ verba pro legibus recipiũtur. Rursus bungari que supra retulimus offerũt adiiciũtq;, Coronã quoq; in man⁹ cesaris se reddituros. Caueri tñ volũt ne vel pueri vel cesaris morte a regno possit alienari. Cesar in cõsilio postq; hoc audiuit. Graue est inqt viri cõsulares. Si bũgaris nõ cõfidimus regnũ puero pdere. Sed grauẽ⁹ est cõfidendo regno puerũ amittere. Cõsulite in mediũ mihi iura ti fideles q; estis: Nã defuerũt qui dicerẽt regnũ manifeste perdendum esse nisi fides habeatur. de puero dubium eẽ nec videri causam cur puerum regnicole perdituri crederent̃. Nihil tñ in cõsilio plus repiri potuit q̃ prius. Sic re infecta bũgari recesserũt, quos cesar extra vrbẽ comitat⁹ est. Cũ rogaret̃ Nicolaus regẽ suũ visere q suo ꝓximus erat itineri. Nescio adhuc inqt quẽ regẽ sim habitur⁹. Nec puer̃ hũc venerabor. nisi prius sciuero meu⁹ eẽ dñm. Quidã ex bũgaris aiebãt Ladislaũ se regẽ hr̃e nec sibi quicq; imputandũ q p etatẽ loqui nõ posset. Ac propterea cõplures eor̃ suũ regẽ adiuerũt. Muneraq; puero tradiderũt. & q̃si diuinũ aliq̃d numen intuerent̃: genib⁹ flexis multas lachrymas ante ipm effunderũt. Vesprunensis antistes. O inqt generosissime puer: dabit ne vnq; deus ut prius te in regno videã q̃ hec senectus deficiat. Cresce puer cresce. Nemo te viuo regnum bũgarie tibi surripiet. Dionysius aũt cardinalis magnã auri copiã in manus regis dedit. Osculatusq; puerũ beu quot inquit labores pro te subiui: quot damna sustinui: quot me piculis subieci: sed oia mihi dulcia forẽt si te semel in regno viderẽ. Mãsitq; triduo post apud cesarẽ. Sic res cũ bungaris acta ẽ. Accepi exinde cõuentũ regni apud albã regalẽ breui babendũ esse: vbi rnsum cesaris ad noticiã regnicolarũ deducatur. Faxit deus vt quod pestis reliquit infectu3: alba ipa pficiat: & p regni salute & p iure pueri de qua re nõ despero: cũ dispotus restie: comes cilie: Giscra: archiep̃s strigonien̄. comes Georius rosgonien̄. tãfirmiter pueri ptes teneant: vt nulla regnicolarũ possint suasione nullaq; violẽtia mutari. Nec video quẽ possint bungari regẽ habere nisi Ladislaũ puer̃: qui & auito

et paterno atq̃ materno iure hũ garis imperare debet. Ex hungaria post hec nouitates allate sunt Iohanne vainodam transiluanũ aduersus thurcos conflictasse & q̃uis felici bello quedam castella prius obtinuisset ad extremũ tamẽ mutata fortuna que nulli perpetuo bona est ingentẽ gloriam quam prioribus annis adeptus pugnãdo fuerat: victum occisumq̃ maculasse. Veritas tamẽ rei adhuc in obscuro est. Classis eugeniana quã in ponto fuisse diximus: per bistrum contra fluminis impetũ nauigãdo xp̃ianis dum hec fiebãt opitulabat̃. Nũc quid rerũ agat incertum est. In bohemia ꝑ eos qui parum fidei habent noue res parant̃: que nisi prepediantur in earũ ortu postq̃ creuerint difficile poterint emẽdari. Malũ cũ nascitur cunq̃ recens est absq̃ negocio radit̃: cũ adultum est difficile extinguit̃. In italia cõtra Franciscum comitem Eugenius armis regis aragonum pugnat: estq̃ supior: sed omnis euẽtus belli dubius est. Sepe qui victus videtur victor exurgit. Nemo vere vicit nisi qui domũ reuersus sibi suisq̃ subditis pacem fecit. Bononieñ. post occisionẽ Hanibalis beutinolii & baptiste ꝑ ducem multi obsidione cincti sunt veneti & florentini eos iunant. Si cesar cũ aliquo exercitu italiam peteret: omniũ baruꝫ rerum moderator existeret: sed non sapiũt hec nobis: nec nos aliis sapim⁹ vt homies imperare sciunt: sic subditos habẽt obedientes. Nisi vos germani ad quos impiũ translatũ ẽ maiorẽ reipublice curã habuerit̃ timeo ne diues illa & insignis italoꝝ tellus: q̃ quodã impii caput fuit & adhuc sub impio se fore fatet̃: in alias deducta manus & nomẽ mutat & iugum Hec fuerunt que nũc tue. R.p. scribenda putabam. Cetera que apud nos aguntur ex consiliariis regiis qui nunc in sueuia mittuntur audire poteris. Nam & per patauiam vt arbitror viam faciẽt. Ego me tue. R.p. commissum do. Cui sum assidue parere pronus.

Fortune q̃litas cur nõ oĩbus ẽ eq̃lis. EPISTO. LXXXII

Neas silui⁹ poeta Iohãni campisio prestanti ꝑhilozopho. S.p.d.

Attulit mihi tandẽ lr̃as tuas Guido tabellarius: sed illas pri⁹ secũ coloniam detulit totãq̃ belgicã regionẽ illis ondit. Itaq̃ si viarũ longitudinẽ penses miraberis tãcito mihi restitutas fuisse. si picula itineris cogites mostri simile ẽ: eas me potuisse cõuenire. In altero igit̃ Guidonis diligẽtia. in altero celeritas cõmendanda ẽ. in vtroq̃ fides. Sed credo eloquẽtia q̃ꝫ hois adiumẽto fuisse: q mollire latronũ feroces aĩos potuerit. multũ q̃ꝫ sue vestes iuuerit inopiã p̃ se ferẽtes. Cãtat em̃ vacu⁹ coram latrone viator: vtcunq̃ sit gr̃as illi habeo qui tua mihi scripta reddidit: quiq̃ omnia que in italia gerebantur retulit. Idem faciet ad te reuersus quicq̃d renenses agant: quicq̃d bauari: quicq̃d australes: bohemi: saxones: poloni ex eo scies: immo & prutenoꝝ & lituanoꝝ act⁹ tibi exponet. Qꝫ si daciã: norbegiã & ip̃am barbaraꝝ gẽtiũ matrẽ. Scãciã insulã ex q̃ gotbi digressi vniuersaꝫ terrã iuasere: voluer̃ noscere & q̃d illinc agat̃ scire Guidonẽ percõtare. Nõ maior illi rñdendi q̃ tibi q̃rẽdi labor erit.

Quis em̄ facūdus & sciens dicēdo laborat. Magna huius est eloquēti ꝯ sciētia maior. Nihil interrogabis ex eo frustra sic ē imbutus ꝑitusq; oim. Sūt ꝑterea mlte in eo rime. Itaq; fluūt ex eo nouitates passim & nō querentibus quoq; vltro se ingerūt. hoc de Guidone satis quē cum audies vel amplius ex meis lr̄is desiderabis. Video ex tuis lr̄is meas epistolas in quibus de summo pn̄iariatus officio reuerēdissimo cōi hero nr̄o collato cōgaudebam ad te minime ꝑueniūt. Nam plura in illis tetigi ad que nō respondes: similiter et tuas aliquas mihi scriptas arbitror que manus meas non attigerunt: quia non sunt omnes tabellarii Guidoni similes. Agnoui te senas iturū visurūq; pb̄andi domū vtinā potuissem illic eē tecum dulcemq; patriā visere & amicos veteres. O quales amplexus et q̄ verba inter nos fuissent dū veteris amicitie mētio incidisset: sed non sunt hec fata nostra vt simul possimus viuere. Tu rānisiam arguis ꝙ tibi non multa largit̄. tibiq; nō arridet vti plerisq; indoctis ignauisq; viris: sed vide an bene facias. Mihiq; sepius huius dee quaꝫ fortunam dicimus acta consideranti altior quedā cogitatio nata est. vt illā non cecam sicut poete finxerunt eē censeam: sed admodū oculatā. Nam ꝙ aiunt eam iniquam reꝝ huius seculi dispensatricem: non video verum eē: dicūt ei industrios homines pauꝑtate grauari: ignaros aūt fortione bn̄ficio maximas opes possidere. Sed mihi nō sic videt̄: ponamq; in te exemplū. Ego te ditioreꝫ puto: non dicā Cosmo medico: sed pluribus regibus. Diuitie nāq; maxime sunt lege nature composita pauꝑtas. Ego scio mi Iohannes: mlto tibi plus videri. xxx. aureos q̄ aliis quibusdā. xxx. milia. Fortuna igit̄ nō ignara conditiōis hūane: quos videt aptos modico viuere: non curat in eos multa cōgerere: quia non indigēt. At ignaui nisi pecuniis abūdent: despectui sunt: abiecti: miseri: quibus cur vituꝑetur fortuna subsidia prebens haud scio: sed cui becip̄e dica. Nempe qui ea melius multo me norit: qui nō ꝑmutaret cū opibus Cresi sciētiam suam. Vnū hic addā tuumq; iudicium expetam. Comunis pbilosophoꝝ (ni fallor) opinio est: animi bona extra fortune potestatē existere. Quero ego an hoc elidi quapiam ratione queat: si tuū acumen admoueris: scio dices nō eē absq; fortune benignitate quosdā magna intellectus luce vigere. Nam nisi talia sibi organa fortuna ministrasset & nisi bene alitus fuisset illis: q̄uis postea sepe iuuerit nunq̄ talis euasisset. Sint ergo contenti homīes docti si absq; magnis opibus magnā scientiā sunt adepti. Nanq; si eius duob⁹ alteruꝫ dūtaxat bn̄dum sit: nemo sapiēs doctrine diuitias anteponet. locus ē hic altior q̄ epl̄aris breuitas queat amplecti: atq; idcirco taceo q̄uis tecum pol paucissimis opus sit. Nemo cōtentus ē mi Iohannes nisi qui deo se dedit: & in illo iactauit cogitatus suos que mūdo seruiuit: quantisuis diuitiis: hōnoribus: potentiisq; fruant̄: semp tamē pauꝑes sunt anxii: timidi: miseriisq; infinitis expositi. Delatorē illum si fugitas probo laudoq;. Nam quid detur tibi aut quid apponat̄ tibi ad linguā dolosam: venenū

aſpidum ſub labiis eorū: quo poſſunt omniū beneficiorum merita vno momento extinguere. Inueniet ille tamen aliquando qui vicem reddat nec ſcio an mitridatis antidoto poterit vti: qui non ſolum priuata negocia ſed etiam publica labefactat. De politicis areſtotelis iamdiu tibi ſcripſeram: ſed quia non habuiſti lras. Sic res ſe habet. Volumen eſt vſq; ad octauū librum completū. Itaq; magnum mihi munus erit ſi finem mihi tranſmiſeris. Petrum noxetanum laudo qui romanos calores & vxoris ignes fugiens florentiam prexit: cuius & vxor ſecuta fuerit. Res em̄ letifera eſt in auguſto ſi rome ſis vxori operam dare. At propterea benefecerunt veteres qui ſacerdotū curiam illic collocarunt vxoribus em̄ carent. Curiam ceſaris quā vxorati ſequunt̄ in ſeptētrionem tranſferri par fuit. Caluum tam cōmendo q̄ Iuuenalis vrſidium ſi mechorum notiſſimus olim ſtulta maritali iam porrigit ora capiſtro. Sapientius reuerēdus pater cōtes noſter qui ſe religioni dedit: vbi & ſibi & deo ſeruiat (Nam cetera vana ſunt fluxa caduca) huic me cōmendes volo: ſimulq; Richardo noſtro: cuius ni fallor manu tua epiſtola ſcripta fuit. De nouitatibus barum partium nihil eſt quod ſcribam niſi dux Ludouicus bauarie ſenior quem filius in carcerem coniecit mortuo crudeli nato ſperauit ſe liberuz eſſe: ſed incidit manus marchionis Alberti qui eum durius tenet. Nūc de ſua liberatione tractatur. docet nos hec & armant ad patientiā: quando tam inſignes principes ruere videmus & nunc exilium nunc carceres exilio peiores pati. Nullus hominum ſtatus firmus eſt: nemo ſibi craſtinum repromittere poteſt. Quid nos mortem accuſamus que nos mille pericula ſubituros liberat. Longa dies lōgas miſerias parit. Ago ingentes grates reuerendiſſimo domino meo adrienſi qui vt ais ob mei memoriam te conuiuio excepit: nam q̄uis ſibi ex teipſo chariſſimus ſis: facile tamē tibi do fidem meam ob cauſam quoq; pluſculum te amari. Sic em̄ de ſua erga me humanitate percepi dum rome forem. Ex eo precor ſciteris an ſuas litteras perceperit & an grate fuerint. Nam ſi aliquid mutandum eſt id propere fiet neq; difficultas erit nec mora in me: ſed in ceſari minor qui libenter tanto patri morem gerit. Commenda me ſibi & dede quantulus ſum. Reuerendiſſimis dominis meis tarentino & cumano. Credo etiam ſi taceam me commendabis & que noua ſcribo cōmunicabis. q̄uis parui momenti ſint apud vos qui more hoim ſolū q̄ prope ſunt & que vel prodeſſe vel obeſſe poſſunt magnifacitis. Vegio ſalutes dicito quas noſti oportere: nam vetus amicitia extincta non eſt: nec poteſt extingui dum viuimus. Nouarienſem antiſtitem puto repatriaſſe: & eam ob rem non ſibi litteres boreſtem quem miſit non accepi. Nec latorem monachū vſq; vidi: q̄uis in curia ſem̄p fuerim. Medicū illū noſtrum credo dietim fieri me ditiorem donec vena incidat. Mira ē hec vinea que tot flores facit & nunq; vuas! Julianū ne pretereas quē in calce epl̄e pono vt magis memorie incideat. Vale & ſcribe vt ſoles.

Consolaē amicū sup fuga amasie. EPISTOLA LXXXIII

Neas siluius poeta dño Iobāni frund secretario īsignis ciuitatis Colonie. S.p.d. Plura tibi p bos dies scripsi: si lras meas susce
e pisti letus sum q̄ si secus accidit egrefero. Multa em̄ ferūt que alienas manus incidere noluisse3 vtcūq; sit pauca modo vt me recipias velim amicorū more qui tristia dolent & leta gaudēt que amicis accidunt. Iobānes secretarius nurēbergen. vir bonus doctusq; & tui amātissim? ad nos iam reuersus est: aitq; te mestū reliquisse. Nam & capitolina dades te quedā affecerat. Nescio quid ex capitolio fugerit q̄d animū conturbarit tuū. His retulit suo in recessu te adeo dolentē fuisse vt ne verbū effari posses. Nō intellexi ego virū. Dicebat enim in capitolio fuit. Illuc ibat Iobānes sepe delitias ibi babuit. Aufugerunt doluit: nō inueniunt: nimis perplexe locutus est. Non potui quid re3 ect agnoscere solum te mestū pcepi nec consolationē recipe velle. Mi Iobānes ego te virum eē noui vbi iam mutatus es: quid est q̄d te queat sic alienare. Viri est sic suas rōnes constituere vt nibil noui possit accidere. Animaduertēda sunt oia futura & preparandus est animus ad ea ferēda si accidant mala. Nam que preuisa sunt minus fertūt iacula. Si amicus mortuus est moriturum scire debebas. Si perdite opes sunt: sciendum erat boc fortune bona ad nutum fortune ponenda fore. Si amica recessit: considerāda fuit instabilitas mulierum quarum volūtas in boras mutatur. Nibil incertius animo femineo. Nullus amor femine diu durat. Fallax est animal mulier: varium: crudele: absq; fide: plenum dolis. Verum cum omnibus infideles sunt femine: senibus quidem infidelissime sunt. Tu mi Iobānes in vesperum mecum pergis: nibil est quod vel tibi vel mibi cum feminis conueniat. derisui sumus & fabule. Nulla nos sequitur nisi questus causa absit boc maledictū a nobis genus quod & bursam exbaurit & animā occidit. Nempe mi Iobannes si abiit femina non te lesit sed alium lesura recessit. Gaude quia fugit. Ego bec dico quia mibi sic videtur dictū Iobannis nurenbergen. iudicare. nescio an verū sit: si sit aliud teip̄m cura. Nibil est tāacerbū q̄d tēpus nō minuat. Cōsule tibi mi Iobānes & merorē pone. Nā qui tristaē ob rem pditā seip̄m cruciat: & tn̄ q̄d pdidit nō recupat & vt tusti dicūt. Centū libre mestitie vncā debiti nō exoluūt. Vale.

Et si se indignū laudis dicat pfitetur tamen ex laude iocundari.

Neas siluius poeta domi- EPISTOLA LXXXIIII
e no Iobanni scindel singulari astronomo viroq; probatissimo Salutem plurimam dicit. Reuersus nunc ad cesarem insignis miles Procopius de rabenstein: tui meiq; amātissimus retulit quod mibi summe voluptati fuit me tibi dilectum esse: measq; litteras quas sepe ad amicos scribo tuo iudicio admodū cōmendari: vtrunq; apud me mirum est. Quid em̄ in me est quod a te viro laudatissimo diligi debeat. Quid rursum ep̄se mee in se babēt q̄d laude dignū videaē. nibil ego vnq; erga te

bŏni operatus sum. Mores mei cōmunes sunt: viuo vt vulgus hominū facit: nulla singularitas in me est: nulla prestantia: nulla virtus que non aliis cōmunis sit. Epistole mee plane sunt apertū stilum habēt: curreti calamo picti sunt. nihil his cōmissum est qđ in sermone vulgari nō cadat. nō est in illis ornatus nō lepos: nō grauitas. Nude sunt & solū animi mei indices. Cur ergo vel me colas vel illas magnifacias non scio: nisi q̄ homines sunt quidā tanta bonitate prediti vt oia cōmendent. Econtra quoq; malicia tanta quorundā est: vt oia que vidēt queq; audiūt vituperet. Tu inter primos numerari vis & sapis certe: qui laudando potius q̄; vituperando vis excedere. Verū tua laus quā mihi ascribis & si meritū excedit meū: mihi tamē iocunda est. Quis em̄ nō potius indignā laudē q̄; indignum vituperiū ferat. At quia laus ea demū dulcis est que a laudato viro procedit magno me munere donatū arbitror dum tuis me verbis extolli audio. Summus em̄ omnes cupidi laudis: & vt Cicero dicit. Optim⁹ quisq; cupiditate glorie tangit̄. Leniculus ille demoscenes etiaꝫ susurro muliercule aquam ferētis oblectari se dicebat dum audirēt se transeunte bit est ille Demoscenes qui & senatū & theatrū sue orationis vi moderatur. Oblector ergo & ego dum me tuis verbis cōmēdari percipio: q̄; uis non sum is quem tu iudicas. Plericq; boc ,ituperant vellētq; potius contemni q̄; laudari. Verū ego bas laudes tuas nō ad iactantiam quia mihi sum conscius: sed ad incitamenta virtutū recipio daturus operaꝫ vt talis sim qualem me predicas: ne fama quam de me vulgo prebes omnino sit irrita. Plura in hanc sniam dicere possem: sed absit boc loco disputatio facessant argumēta. Agamus inuicē vt amicoꝝ est. Nunq; ego te vidi neq; tu me vti arbitror vidisti: sed tua fama facit vt te vnice obseruem. Naꝫ seculi nostri precipuū decus censer⁊. qui & siderū cursus & futuras tēpestates & pestes & steriles & fertiles annos vnicus vere predicere noris. Hinc te amo: colo: obseruo: sumq; tuus. Naꝫ virtus bmōi est vt & quos nunq; vidimus amare nos faciat. Hinc veteres illos fabios Scipiones fabricios eoꝝ canos ceteroscq; virtute prestātes qui multis ante nos seclis vitā exuerunt etiā mortuos diligimus. Sicut fundatores nostre fidei vel apostolos vel martyres singulari deuotiōe & affectu veneramur. Virtus nanq; sui natura amabilis est. vitiū vero odibile. Tu ergo vir prestantissi me iure a me ameris: qui tua singulari ac prestanti virtute nostruꝫ ornas seculū. Me cur tu diligas non scio: vt tamē diligere nō cesses oro & obsecro. Magnifacio nāq; tuū amorē & ornari me tua dilectōe non ambigo. Perseuera igit̄ nāetsi non sum quē reris istamē sum qui diligētes me reciproce diligo: totisq; viribus amo. Vale.

Refert grates de biblia compata. EPISTOLA LXXXV

Neas siluius poeta impialisq; secretarius dño Iohanni tuskoni
c viro prestanti. S.p.d. Procopius eques bobemus cui de rabenstein cognomen est: vir singularis modestie bibliam quam ex te

concupiui ad me detulit. Ago tibi gr̃as ingentes: volumẽ nanq; id ẽ qđ cicũferri cõmode possit. Preciũ v̄o minus fuit q̃; tanta scripta mererent̃. Fecisti vt amicũ decet. Rem meã quasi tuam curasti. Pecuniã ego statim procopio numeraui qui eam tibi restituet. Nibil plus qđ in hac re dicere sit necessariũ. Inter amicos nanq; ꝓhibita est verbositas. Tu scis qui sim Si quid est qđ me velis iubere potes: nunq̃; tuis optatibus me repugnãtem inuenies. Vidi quam scripsisti cancellario cedulã in rebuspublicis. is nũc abest in sueuiam missus. Summã scriptoꝝ tuoꝝ quatenus opus fuit regie maiestati exposui. Sed nibil ad rem qđ mibi placeat responsum est. Ego suadeo vt sibi quisq; cõsulat. Neminẽ tñ ꝑsecutio q̃uis maxima ex recto fidei tramite depellat. Vuencesłaũ nr̃m si qñ vides meis v̄bis saluũ iubeto: dicitoq; nullum sacerdotiũ tanti eẽ vt calamũ sumere dedignet̃. Vale & me vt soles ama.

Suadet pacem particularẽ vbi vniuersalis haberi non potest & ꝓhibet mendaciis vti.

EPISTOLA LXXXVI

Eneas silui⁹ poeta magnifico & generoso viro Caspari schlick imperiali cancellario. S.p.d. Leonardo equiti nobili qui in saxoniã missus est verbosas lr̃as cõmendaui: ex itinere vt tue magnificentie transmitteret: tuncq; singula scripra digna recensui: siue rempublicam siue priuatã tuam concernerẽt. Spero illas in manus tuas delatum iri nisi iam delate fuerint. Non igit̃ q̃ tunc scripsi hoc loco repetã ne sim verbosior: ne dicam tediosior. Post hec dum eẽm in aula regia casu: cõperi frãciscum strasoldiũ insignẽ equitẽ tuiq; obseruantissimũ. Percõtatus sum ex eo quid cum pãcratio gestũ eẽt. Is ait venturũ se ad me relaturũq; oĩa ex ordine Sic actum est. Cõuenit me hõ in cancellaria legationẽq; suam & pancratii rñsionem exposuit: nec cõtentus his vt est vir diligẽs & amicus amici suscepto calamo lr̃arũ oĩm rerũ indices ad te deferendas dictauit: mibiq; tradidit: quas cum pñtibus trãsmitto. Nec plura in hoc dico: quia ex Frãcisco plenissimã instructionẽ recipies. Solum cõsulo vt q̃ pacis sunt amplectaris & cõsideres nequitiã tp̃is. Nõ em̃ vt volum⁹ sed vt possumus viuendũ est. Coaptãda ẽ tp̃i vita nr̃a. Mibi ex integro non videtur hũgaria nr̃is tp̃ibus pacẽ habitura. Qꝫ si q̃ via ẽ vt priuatim sit pax in bonis tuis id ꝓbo: cõmendo: suadeo. Tabellarius qui ex hungaria venit ait. in festo diui nicolai cõuentũ regni apud albam regalẽ eẽ habendũ venturũq; illuc polonie regem vt ẽ hoĩm audacia cõfirmauit. Mira res si tanto tp̃e vel mors vel vita vnius hoĩs ignorari põt. Quibusdã mentiri vtile est dum se sic exaltant. Florẽtinoꝝ ꝓuerbiũ est dum bella vigẽt vtẽdum eẽ mẽdacius. Qđ palatinus noster nõ negligit. Sed sunt oĩs pusillanimes viciosi ꝑfidi scelesti qui mẽdacio se potius q̃; veritate defendũt. Socrates in iudicio reus mori potius voluit q̃; falsitatis plena escinis oĩo ne liberari. Abiecte cõditionis est homo qui ne quid dignitatis vel fortunarũ amittat ad mendacia cõfugit. Vir fortis & bon⁹ nunq̃; timet dicere

fateriq; verum. Sed mitto ista. Viuiana nra in iudicio est cōtra bartholomeum veron. cuius causa plurimū vocillat. Et si refutato impiali iudicio austrie tribunal nacta sit: qđ forsitan sibi in damnū verget. Cōfessa iam est bona se plurima q̄ fuerūt dñi. B. obtinuisse. cuius illa ex mariti successiōe ad se venisse cōtenderit. Ego sibi cōpatior quā video vndiq; spoliari. Sed magis bartholomeo faueo quē suam amittere pecuniā iniquū eēt: cuiq; nihil omnino est & sororē habet annis nubilē: & forma pulchrā. Iudiciū crastina die habendū est. Ego multū hortatus sum ad concordiā vt femia indinaret sed durior est adamāte. Credo spem victorie sibi datū eē. sed faciat coacta qđ voluntarie recusauit. Alia nunc scribenda nō occurrūt. Recōmendo me tue magnificētie tuisq; collegis. Iussibus tuis obedire paratus. Ex vuienna.

Delphin regis francie filius alsatiā obsedit suitenses apud basileā miserabili clade ꝓstrauit.

EPISTOLA LXXXVII

Neas siluius poeta. S. p. d. dño Iohanni gers regio ꝓthonotario
e viro prestāti & amici amico. Scio te optare lras meas: vt quid rerum agamus noscas. Est em̄ humanus anim⁹ semp nouitatū cupidus. Ego aūt scripsissem tibi iam diu si certos habuissem nūcios. Sed cum aliqui a te veniūt quasi de industria me fugiunt ne fasciculis lrarum onerent mearū: vt sunt hodie boies ad cōplacendū tardiusculi. Sed decreui has lras fortune cōmittere: vt si possint te adeant: teq; nouarū que nunc maxime sunt efficiāt certiorē. Credo te volucri fama ꝓcepisse gallicorum aduentū. Sed accipe nunc ex me certitudinē & qđ tibi scribo tāq; euangeliū potes referre. Si modo id affirmatū in mea inuenies epistola. Venit p hos dies Ludouicus Delphinus vuiennēn. ac primogenitus regis francie cum magno exercitu infra limites imperii. Opidūq; obsidione cinxit: cui nomen est mons belligardi: qđ ab impio comites de vuirtēberg habent in feudū. Ibi cum aliq; diu Delphinus maneret: cum castellanis tandē conuenit: vt sibi ad certū tp̄s opidum traderet: quo lapso id libere restitueret. Nam aliter vi decreuerat expugnare vt locu⁹ haberet in quo morari posset. quia non decebat regis filium in campis degere absq; tecto. Postq; Delphinus biligardi potitus est famam vndiq; sui aduētus publicauit: sed non vno modo apud oēs. Apud aliquos nanq; se in auxilium nobilitatis venisse p̄dicabat tanq; in germania p cōmunitates eēt oppressa. Apud alios vo vocatū se dicebat p romanor⁹ regem cōtra suitenses. Nōnullis aūt se vellevendicare iura domus francie asseuerabat: q̄ vsq; ad rhenum ꝓtendi dicebat. Ex hac causa vrbem argentinā obsessum se affirmabat. Dicebat em̄ etiaz & ꝓpter ducem sigismundū se venisse. Et has rumores vbiq; publicari studebat non q̄ ita esset: sed q̄ fauorē ob eā causam sese putabat habiturū. Dum hec fama sic ꝓcurrit. Nobiles alsatie quibus grauior videtur suitensiū dñatus: oratores ad Delphinū mittūt: eumq; rogant vt presidia cōtra suitenses prebeat. De Delphini exercitu

varia dicta sunt. qui maiora sequunt̃ .lx. milia hominũ in eius comitatu fantur haberi. Qui minora probat̃. v. &. xx. milia. Medii vel. xxx. vel. vi. &. xxx. milia censet esse. Concordatũ inter Delphinũ & alsatien̄. v. &. xx. milia hominũ ex suo exercitu p hanc hyemem in opidis alsatie recipi debere. ipseq; Delphinus & thuricen̄. & aliis obsessis ferre opem ꝓmittunt Veniebant iam Delphini gentes q̃ vulgo vocant̃ armeniaci in subsidiũ cuiusdam castelli qđ suitenses ppe basileam obsidebant. Suitenses vt hoc senserunt: non expectatis hostibus ad viã pergunt primasq; armeniacoꝝ turmas inuadunt stragem dant plurimosq; neci prebent armeniaci retro pedetentim fugientes ad maiorẽ exercitum se recipiũt. Illi sanguinis cupidi & auidi victorie: dum gloriam querunt ꝓpriam: salutem amittunt. Ventum erat ad hospitale sancti iacobi quod vix quattuor stadiis a basilea distat. ibi vniuersa multitudo armeniacorũ in suiten̄. irruit nonnullis ante portas basilien̄. positis: qui existentes obseruarẽt cederentq;. Committit̃ atrox & miserabile prelium: cedunt̃ q; ex vtraq; parte q̃plurimi. Horrendũ auditu est. Euellebant sanguinolẽtos ex corporib⁹ suis sagittas suiten̄. ac truncatis manib⁹ in hostes irruerũt: nec prius animã exalabant q̃ occisorẽ ipi occidissent. Quidã hastis confossi & onusti telis inter armeniacos currentes necem suam vindicabãt. Erant quattuor armeniaci qui suitenſ. vnũ insequebant̃. iãq; illi telũ eoꝝ fossum strauerãt & supꝫ corpus crassabant̃: tum eius comes arrepta bipennii in quattuor illos fertur Ex quib⁹ duos obtrũcauit. Alios vo in fugã dedit ac deinde semianimũ corp⁹ sup humeris recepit & inuitis hostib⁹ portauit ad suos. Erat retro suiten̄. murus quidã orti sancti iacobi qui illi se tutos ab vna pterebant̃ solumq; in fronte pugnabãt. Sed theutonici qui cũ armenicis erãt intrãtes: ortum: murum pfodiunt: suiten̄. q; a tergo ferunt queres magna causa ruine suitensium fuit. Pugnatur tum ante tum retro. iam viro vir imminet nec iam eminus sed comminus ferrum stringitur. Suiten̄. quasi leones p omnem exercitum in victores vagant̃ cedunt sternũtq; omnia: vt qui iam non in spem victorie: sed in mortis vltionem se pugnare sciunt. prelium a principio diei vsq; in finem tractum est. Ad extremum non victi suiten̄. sed vincendo fatigati inter ingentes hostium cateruas cecidерunt. Victoria lugubris atq; cruentissima armeniacorum fuit: campusq; liber eis mansit non virtute sed multitudine supantibus. Ex suitensibus qui plures occidisse iurant quattuor milia: qui minus mille & quingentos viros cecidisse aiunt. Ex armeniacis dicunt aliqui plures desideratos esse q̃ ex suitensibus magna cedes equorũ fuit. Plures theutones dum vlcisci suiten̄. volunt vitam amiserunt. Suiten̄. autem nulla res magis extinxit q̃ magnanimitas siue illa temeritas fuit. Nam dum hostes parũpendunt eo deducti sunt vnde exire non potuere. Qui sapit nec nimis timet hostes nec contẽnit nimis. Dũ hec agunt̃ rex romanoꝝ oratores ad delphinũ mittit epm augustensem & iohem de aich doctorẽ nonnulloscq

operi suo sit aptū: relquum oīe valere sinūt. Et nos quoq; si sapimus in poetarū libris cum receperimus qđ veritati amicū consentaneūq; sit cetera omnia trāsgrediamur. Cum igit̄ ex testimonio magni basilii sanctissimiq; hieronymi etiam veteres gentilesq; poete recipiēdi sint. Cum antiquissima disciplinarū sit poetica. Cum magni ex ea & necessarii fruct⁹ resultent. Cum philosophi sanctiq; doctores pleni sint auctoritatibus poetarum. Cum cesares atq; reges omnesq; maximi viri poetas suis tpibus honorifice susceperūt. Cum diuine laudes a nullis melius q̄ a poetis decantari. Nō immerito sicut ab initio dixi mirandū est nostro tpe vilipēdi poetas. q̄uis in italia iaz resurgere ceperint & pariter cum theologis honorari. Nunc absoluēda ē questiuncula. Cur tampauci sint nostris tēporibus poete quod non solum etate nostra sed oīmbus priscis temporib⁹ contigit: plus tamē hodie q̄ vnq̄. Idq; cur sit nunc absoluam. Quattuor mihi huius rei vident̄ cause: si plures sunt nihil ē cur mouear. Prima causa est quia multa & varia scire oportet eum qui sit poeta. Nāq; cum bella gesta suum sit scribere: cum tempestates: cum tempora cum locoꝝ situs: cum psonarum conditiones: cum maris stratus ante oculos hominū ponere habeat cum virtutes laudare viciaq; reprehendere debeat. Quis nō videt̄ ad hec bene tractāda multis artibus opus eē: mltas aūt artes pauci sunt qui assequant̄: idcirco & pauci sunt poete. Secunda causa est quia nemo poeta est. nisi cui hoc singulare munus ex alto tradidū est. vt caut⁹ & sententiosis versibus humanos actus cōscribat. Singularia aūt munera excellētia paucis dant̄: ideo pauci sunt poete. Poesis nanq; vt Cicero in oīone p archita dicit. Munus est dei nec arte vel imitatiōe põt haberi nisi vera dicendi regula detur ex alto. Ex quo fit sicut idem Cicero asserit. vt non solum nostris sed oībus tēporibus rarissimi poete fuerūt. Tertia raritatis causa est: quia successu tpis crescētibus hoīm viciis virtutibusq; pereuntibus: sicut alie discipline diminute sunt: sic & poesis ad nihilū videt̄ redacta. Nam sicut nemo mihi vel Augustinū vel Hieronymū dabit sic vel Virgiliū vel Ouidiū dabit nemo. Quarta causa est in hoc vltimo loco: quia non reddit̄ poesi suus honor: ideo pauci sunt poete. Nanq; vt Cicero dicit honor alit artes oīesq; incēdimur ad studia glorie. Vbi vo deest honor ibi & studiū deficit. Ac sic fit vt pauci nostris tēporibus poeticam assequant̄. quia nō putant hoīes honorari ex ea: atq; idcirco negligunt illam. Absolutis duabus prioribus q̄stionibus. Instant ridicula: tertia inquisitio cur viles cutes cadauerū atq; antiq̄ camise cum cera in cācellariis vendunt̄ p optimis muneribus. Tangit me herde ista q̄stio qui vnus sum ex cācellaria. postq; diuus Fridericus cesar in secretariū suū me recepit. Soluā igit̄ q̄stionē ex meo ingeniolo quo in loco vnū dicendū est io cosum. Viam solus asinus ibat: suasq; secum miserias querebat̄ qui vinū portans aquā biberet: frumentūq; in horreis ponens fenū manderet: sed hec leuia reputasset nisi q̄ etiaz post mortē ex ei⁹ coreo cribri fierent atq;

timpana. Quem sic querulosum audiens varius pariũ animal. Tace inqt asine: opus est post mortẽ labori. Nam isti qui dicunt homies cũ aliquo volunt sapientẽ facere: coreũ meum adhuc pilosum recipiunt. frontemq; illius adornãt quem volunt eẽ sapiẽtem. Doctores em̃ creates meis eos pellibus vestiunt: meq; qd est rerum oim difficilimũ ex magnis bestiis viros oportet sapiẽtes efficere. Sic em̃ coreum meũ fata disposuerũt. qd est mihi grauissimũ & molestissimũ. Audiuerũt hec rectores cancellarie videnteq; in coriis cadauerũ magnas esse virtutes: non censuerũt illa puo precio danda. Sed ea atq; camisleas cum cera sicut equũ erat magno p̃cio ceperũt vendere. Imitatiq; sacerdotes qui sonum campanarũ & fumum & aquam & verba dantes magnis vtunt emolimẽtis: coria sua non putauerunt gratis dandis: ac vt omissis iocis ad seria redeamus. Ante charte & mẽbranarũ vsum: in dolatis ex ligno codicillis ep'laruz alloquia scribebant: sicut & Cicero & Damasus & Ysidorus attestant. Exinde tam greci q̃ tusci supinducere ceras inceperũt. Illaq; graphio ferreo inscripserũt. Post hec cartbarũ vsus apud egyptũ cepit que ex decerpto papiri tegmine conficiebant: ac postmoduz ex lineis pannis iam ineptis aliis vsibus. Exinde reges pgami mẽbranarum vsum excogitauerũt q ex membris pecudum detrabant: & adhuc propter memoriã loci pgamena dicunt. Quia igit in chartis q̃ ex vetustis fiebant camisiis & in cutibus pecoruz ad vsum scribendi paratis res magne maximeq; notant: non est iniuria boc si magno precio vendunt. Non em̃ res q̃ continet sed que rontenta est in extimatione venit. At sic tribus q̃stionibus vestris excellentissime magister hec respodisse sufficiat. Vestro graui & optimo iudicio nibilominus saluo.

Tibizando poete scribũt ex rõne etiã principib⁹. EPIS: CV

Illustrissimo principi ex sanguine cesarũ sato dño Sigismũdo austrie &. duci Tirolisq; comiti domio suo secũdario. Eneas siluius poeta regalisq; secretarius. S. p. d. In cesaris curiã q̃ primũ migraui magna me cupido incessit tibivt aliquid scriberẽ. Sed veritus sum moderni seculi more: cui nibil placet nisi quod est sui simillimũ. Oms bodie fere qui scribunt q̃uis vnũ alloquant numero vtunt plurali tanq; multiplicando psonas plus honoris adiciant reuerẽtioresq; videant. Que cõ suetudo late in germania patet. Et apud italos aliq; diu viguit. At postq; Frãciscus petrarcha omisso temporis sui squalore. priscam cepit eloquẽtiam imitari. plerisq; sic loqui placuit vt castior etas locuta est veterũ. Venit ex grecia post hec Iobãnes chrisolaras qui constantie sepultus est vir plurimum litterarum. cuius maiores orti rome constantinũ magnũ post translationẽ imperii bizantiũ q̃ nunc constãtinopolis dicit secuti fuerãt. Hic italos iam scabrosi & obuoluti sermonis penitẽtes: nõ tm plus bntes luminis q̃ Frãciscus attulerat: ad veram eloquentiã reduxit: itavt similis videaz bodie italorũ facundia illi que Octauiani temporibus viguit. Si

quis Leonardū arentinū. Guarinū veronenſem. Poggiū florentinū. Au
riſpam ſiculum. Anthoniū vicentinū & alios legeret: qui nunc viuentes
apud italos floret: in quibus & Tuliane fluuius eloquētie & lacteus ti
tiliuii patauini riuus elucet. Hi nūc eos ad quos ſcribunt ſingulari cōpel
lunt numero: qa taz grecos cz latinos ſic locutos fuiſſe cōmemorāt. ſicut
Socratis & Demoſcenis ac Ciceronis & Macenatis epl'e ad maximos vi
ros ſcripte teſtanē. Nec gentiles ſolum ſed eos quos colimus quos vene
ramur ſanctos viros imitari ſe dicunt. Hieronymū. Auguſtinū. Ambro
ſium. Gregoriū. qui non ſolum boies ſed ipſam diuinā que omnia nutu
ſuo regit maieſtatē adorſi fmonibus. preſta inquiunt: dā: fac: concede: mi
ſerere: largire. Qui tn multo ornatius pluralitate vti nouiſſent cz nos. Sz
viſum eſt illis recte loquendi ducibus ornatū oēm atcz leporē confundi:
ſi vt modo fit locuti fuiſſent. His ego quocz conſentio nec meo noie ſcri
bens aliter quēpiam compello. At te tn daturus lras quid agitam ſubdu
bito: veritus ne tuorū bominū plus cōſuetudini tribuas cz meo iudicio:
& arbitraris forſitan regibus atcz principibus nō aliter ſcribendum eē cz
ipſi ſcripſerūt Quibus mos eſt vti pluralitate. Mādamus inquiūt volu
mus facimus. Sed boc quod ab būilitate traxit originē nephas eſt ad ia
ctantiam ducere. Reges nancz cū ſcribunt & ſi dnatū habeant vt quicqd
eis placet legis vigorē habeat. Ea tn moderatione vtunē cū ſcribūt vt p.
cipientes aliquid non ſe ſolos videri velint feciſſe ſed cum alioz conſilio
Nec te moueat cp principes inferiores ſcribētes ſupioribus pluralē nume
rum tancz ſupbie fomite; abiiciant: ſicut ad ceſarē imperii principē miſſe
lre manifeſtant. Scribit em dux mediolani. Supplico peto regii meveſtre
maieſtati cōmiſſuz facio. Nā & boc rōem babet aliā cz arbitrere. Et ga in
feriores ptātes a ſupioribus diriuanē: non ab re eſt pluralitatē deponi cū
inferior ſcribit. tācz dicat inferior ad te loquēs. O ſupior alioz vice vti nō
poſſum quia tu illos mibi cōmiſiſti. quos erga alios repſento: erga te mi
nime: ga tu illos & me repreſentas. Qz vo regibus ac magiſtratib9 cōſue
tudo ſit pluralitatē offerre nibil te vrgeat: Nā id eſt qd ſtomachabar mō.
Quis em idcirco pluralitatē principib9 dedat cp ipſi eapropter modera
tionem vtanē. Non bonorare boc eſt. ſed deprimere atcz contenere tācz
nil ipſi ſine ſubditis queant. Quibus ſi vellemus reuerentiā impartiri cp
ipſi modeſte faciunt nos bonorifice fugeremus. Nec em quia romanus
pontifex ſeruoz dei ſe ſeruū appellat: idcirco nos ſibi ſcribētes eundē ſi
bi reddimus titulū: ſed pro ſeruo ſeruoz patrē dicimus patrum. Hec for
taſſe nimiū longe ſunt repetita principio que me a ppoſito remotius ab
duxerunt. Spero tn bis factum eſſe vt vel mecum ſentias vel ſequēti ma
gnos autores mibi des: veniam te ſingulariter alloquēti. Quod ſi alia rō
ne non facies: tua ſaltem ſingularis benignitas & innata te monebit bu
manitas. Nunc quid ſit quod maluerim ſcribere abſoluendū eſt. Nancz
cum in banc patruelis tui ceſaris curiam veni: multa mibi de tua preſtāte

virtute sunt dicta. Alius benignitatem precipuã referebat. Alius mirificã honestatem atq; modestiã. Alius prudentem vltra q̃ etas ferret te predicabat. Alius te liberalem & iusti amantissimũ affirmat. Alius quod raro inter huius etatis principes pepitur. te latini sermonis obseruantissimus commemorabat. Quibus ex rebus & mirari te simul & amare accepi & tanq̃ monstrum putabam adolescentẽ principem tot virtutibus eluceſcere. Non tamen statim credulus fui nec omni voci prebui fidem accessi alios percontatus sum vniuersos. Reperi omnes vno ore loquentes. Nec ista apud me satis adbesi lateri tuo & inter coronas nobiliũ tanq̃ explorator ingressus: mores tuos dum adhuc me ignorares sum speculat⁹: attendi gestus: sermonẽ: vultum: nibil non perlustraui vidi modestum incessum latinum incorruptum. Notaui famam res ipsa vicit: nõ potui mihi non credere: sed oculos meos & aures tuarũ virtutum testes admisi. & earum factus sum predicator quarũ antea fueram inquisitor. Nec me ista in assentoris modum referre censeas. Ante omnia enim tibi suadeo vt omne genus adulatorum quasi pestem teterrimã fugias. vt nullos hominum magis detesteris q̃ eos qui tibi blandiunt̃ qui te coram laudant. qui omnia que facis probant qui vbi negas negant & vbi affirmas affirmant. Aiũt aio apud Terentiũ inquit gnato: & Iuuenalis si dixerit estuo sudat. Nam hoc est genus hominum pessimum: quod principes maxime deiicit & precipitat. Timendum non solum adolescentie sed etiam senectuti. Cur tamen te palam cõmendauerim non tacebo. Elucent sane in te quas commendaui virtutes: sed illas non retuli vt glorieris non vt te iactes superbias vel infleris. Solum hec scribo vt custodias tantũ bonus vt serues & amplifices hunc thezaurum: vt sic te habeas q̃ virtutes tue cum etate crescant: & fias indies virtuosior: ne in vitium aliquorum incidas qui boni fuerunt iuuenes & pessimi senes. Et vt est in prouerbio bonus pullus mala gallina. Ego enim cupio vt ex bono adolescẽte fias vir optimus. Quod eo tibi facilius erit quo melius es nutritus. Et sane debes ante omnia genitori tuo clarissimo principi grates referre. qui tuum animum excolendum putauit: qui te sub disciplina tenuit & preceptores tradidit eruditos. Hec enim amplissima ẽ suppellex & hereditas q̃ principatus melior. Opes enim & potentatus & buius honores seculi bona fortune sunt: fluxa: mutabilia: caduca. Que vt fortuna vult huc atq; illuc feruntur. Illa enim mortale genus quasi in ludo babet & hunc deprimit hominem hunc extollit. Nec enim magnum est ex figulo regem & rursus ex rege figulum facere. Hinc est Iuuenalis versus. Si fortuna volet fies de consule rethor. Magnus Alexander subiecta india vt q̃ntum posset ostenderet Ortulanũ quendam ad regni fastidium erexit. Dyocletianus vo cum orbis haberet imperium deposita purpura & fastibus: rigãdis ortoꝝ oleribus & plantandis arboribus operam pbuit. At animi bona que sunt: cõtinentia: castitas: fortitudo: iusticia: moderatio: intellectus

ingeniū: memoria: ſtabili quodā nexu adherent homini: nec auferri a nobis niſi cum vita poſſunt: hec vere noſtra ſunt bona: hec dum luce inter mortales fruimur vitam preſtant ſuauiorem. poſtq̄ migramus ex hoc ſeculo ſpem dant felicitatis eterne. Cum g̃ has dotes natura tibi cōceſſerit & parentes cura in te illas auxerit. monitū te eſſe volo vt ſerues bonum quod eſt in te. Ad quā rem maxime neceſſariū cēſeo lr̄arum ſtudiū quo iam initiatus exiſtis. Quia tamē iam illas videris quaſi aliqđ iugum abiecisſe. Non erit ab re ſi te ad eas coner reducere. Non em̄ vt aliqui arbitrā tur. idcirco principes diſcunt litteras vt latinum ſcientes participare cum alienigenis queant. Nam etſi hoc frugi eſt alia tamē nobilior rō eſt. Quoniam em̄ oīs bene viuendi norma lr̄arū ſtudio continet: ideo illas expedit noſſe. Nec ſat eſt imbuiſſe principia niſi & vltra ꝓgreſſus fiat. Seculi tamē principes noſtri plerunq̄ illas ad pb̄os relegant aut iuris interp̄tes tanq̄ principes non deceat bene viuere. Oro igit̄ te ne his auſcultes q̄m nemo in darum virum aut famoſum principem poteſt euadere niſi cum nature dotibus adiunctam habeat doctrinā. Omnes ſane qui ſupioribus ſeculis daruerunt principes: ſtudioſi lr̄arū fuerūt. Philippus macedo alexandro nato gauiſus eſt q̄ eo tpe filium habuiſſet quo florebat Areſtoteles. Nec alexander hac qua tu nūc es etate litteras a ſe relegauit. Sed ꝓfectus in Aſiam Areſtotelē & Caliſtenē magiſtros ſecum duxit: nec audire pb̄iam inter armorū ſtrepit⁹ ac tumultus ceſſauit. Felix nimirū ſi vitio vinolentie caruiſſet. Alcibiades & temiſtodes qui apud grecos illuſtres habent̄ ſtudioſi fuerunt pb̄ie. Epaminūdas thebanꝰ qui grecie princeps eſt habitus: non minorē lr̄is q̄ armis operā tribuit. Trāſeo ad romanos. Quid limatius quid eloquentius ſcribi pōt q̄ ea cōmentaria que iulius ceſar de ſe cōdidit. Is em̄ cū in gallia bellū gereret diē armis: noctē lr̄is dedit. Heres eiꝰ auguſtꝰ & oīonē ſolutā & carmē optime dictauit: Extātq̄ adhuc eius elegātiſſime verſus in eneyden laudē. Quid fabios cornelios aut cathones referā. Quid de pōpeio dicā qui tā affectꝰ lr̄is fuit vt egrotā tē poſſidoniū pb̄m q̄uis cōſul ipe foret nō omiſerit in chado viſitare. Catho cuꝫ eēt latina plenꝰ doctrina lr̄as grecas diu contēpſit: poſtea ꝓpoſiti penitēs qđ iuuenis ſpreuit ſenes cōcupiuit. Nec dubitauit ſeniū ſuū lr̄is peregrinis imbuere & ad grecā volubilitatē os cōtorquere. Recte hi quidem qui & ſi principatū haberēt dn̄arent̄ q̄ populis: ſeruire tn̄ lr̄is voluerunt. Sed norant illi Platonis vocem que dicta diuinitus: tum a Cicerone tum a Boetio referē. Beatas ſcz fore reſpublicas ſi rectores earū ſtuderē ſapientie cōtigiſſet: que ſapiētia haud dubiū ex pb̄ie fontibus haurit̄. Tu tn̄ fortaſſe fabuloſa reris que de antiquis ſunt ſcripta q & in ocio negocium & in negocio ocium diligenter referunt̄ curaſſe. Sed hanc opinionem poſſunt tibi auferre nonnulli viuentes: qui etſi reipublice preſint & munera rogant arduiſſima. diſciplinas tamē non negligūt. Leonellus marchio eſten: tā eleganter ſcribit vt nihil inter eius & Ciceronis litteras

putes distare. Sororia de marchione saluciarum dicunt marchionis mã-
tue filii & arma tractant & litteras colunt. Alfonsus rex aragonũ: cui & ci
lia paret: & illa italie pars obedit que olim magna grecia dicebat: qui to-
tiens victus tandem vicit: & aduersam fortunã in fauorem sui conuertit:
nunq; in castris est sine libris quocũq; it: illuc & bibliotheca sequit. Siue
in tectis est siue in tentoriis manet. singulis diebus aut legit aliquid aut
audit. Egredior italiam & penitus toto diuisus orbe britanos petam vbi
dux est deocestrie. qui regnuz quod modo anglicum dicimus pluribus
annis gubernaui:. huic tanta lrarum est cura vt ex italia magistros asciue
rit poetarum & oratorũ interpretes. Vides ne quia & hoc seculum prin-
cipes litteratos admittit: Inter hos & tu poterz numerari si quod cepisti
studium fueris prosecutus Nec enim ideo litteratũ te diam q; latinũ pro
nuncies. Nam etsi hoc pulcrum est: coruis & picis datur. Victo Antho-
nio cum rediret Octauianus: edoctus latinũ coruus. salue inquit Augu-
guste cesar impator huic Persianũ illud. Qui expediuit psitaco suum the
re picasq; docuit nostra verba conari & addit causam magister artis inge
niiq; largitor neutri. Quid tamẽ tibi videt cum venit bungarus aut ita-
lus aut gallicus latineq; fatur: cum tu adolescens illos intelligas alii senes
tanq; surdi audiant. Pulcrius tamen erit & tunc te litteratũ vocitabo: cuz
oratores intelliges cum phos noscres cum poetas tuapte pcurres. Hoc ti
bi fortasse grande videt & arduũ nimis baud sic est. Nolo te noctes dies
q; libros voluere. Sed vnam dũtaxat cuiuslibet diei horam exposco qnã
litteris prebeas. Illud aũt cure tibi eẽ volo: vt doctus sit quem audias &
prudens quem sumas magistrũ: nec te vana titulorz ambitio fallat. Non
enim propterea doctior est aliquis q; magisterii nomẽ aut parisius ẽ aut
athenis sortitus. Ille autẽ peritus est qui naturali preditus ingenio vigili
cura perscrutatus est magistros artiũ autores: qui cum multa viderit atq;
legerit librorum volumina. tum memorie plurima commendauerit. qui
non solum diuinis litteris sed etiam secularibus sit imbutus. Ex his vnũ
apud te vellem degere. quo cum pro tuo loquerez arbitrio qui tempus
docendi non ex se sumeret sed tua ex voluntate qui cum velis legat cum
nolis taceat. Sed tuum erit quot diebus velle aliquid. Nanq; postq; biẽ-
nio hunc modum seruaueris. nimirum plus te lucri ex lectione corrosisse
putabis q; si prouinciã aliquam sis adeptus. Ego quidẽ laudo edes tuas
militibus plenas esse. Hi em̃ sunt qui tutant patriam & decorũ est armo
rum gloria principem enitere: sed nullum apud te fore virum doctuz nec
laudo nec probo. Sicut em̃ milites pascis ita & doctrinarum institutores
nutrice posses qui te iusti & iniusti differentias & limites edocerent: vi-
rumq; redderent ex omni parte pfectum. Non decet te illos sequi qui vt
sumptus minuãt doctores excludunt leones tñ pascunt. sicut est illud iu-
uenalis. Non habet infelix munitor quod mittit amico. Quintilie qd do
nec habet nec defuit illi vñ emeret multa pascendũ carne leonẽ iã domitũ.

Et ironice subiungit. Constat leuiora belua sumptu. Nimirū & capiunt plus intestina poete. Sume igit̄ tibi grandis doctrine aliquez virum nec parcas expensis vbi ingens redundat emolimentū. Queris fortasse qd emolimentū. Edicam paucis ne litterarū vtilitatē contenas. Postq̄ enim viriles attigeris annos hoc tibi bonoris & cōmodi erit. vt te in consilio loquente ceteri sileant: cum tu vnus plus oibus sapias. Nemo te decipe poterit: nemo dicere audebit hoc equū & hoc iniquū nisi verum: id eē manifeste cognouerat. Si quis p̄sumpserit inhonesti aliquid suadere presto eris rōnibus confutare. Si affari volueris populū quo pacto loquēdū sit littere te instituent. Si aūt laudare aliquē aut vituparе volueris & quintilianus & Cicero te decebit. Si bellum suscipiendū erit & armis opa dāda vegetius modum ostendit & Liuius & Quintus Curcius & Iustinus & Lucius Florius & Suetonius & Salustius Crispus. & bistoricoꝝ cuniꝰ. In quibus & Alexādri magni fortitudinē & Hanibalis calliditatē & Fabii versucias. & Scipionis prudentiā & Iulii cesaris disciplinam militarē & Sertorii ac Marcelli audaciā. & Iugurte sagacitatem & omniū qui res bellicas gesserunt artes inuenies. Nunc̄q̄ tam multa experiūdo videbis q̄ multa legendo perdisces. Si quō rempublicā gubernes scire volueris legendi erūt tibi politicoꝝ libri quos Aristoteles composuit & Leonardus arētinus latinos fecit. Vetere aūt translationē tibi nequaq̄ assumes quia & eloquentiā viciat & intellectum minus vexat. Ad regendā familiam & teip̄m: vtilis erit iconomica ethicaq̄ Aristoteles: tum de officiis Cicero & ep̄le senece omnesq̄ libri ipsius. Quomodo regenda sit vxor scripsit Franciscus barbarus venetus. Quomo liberi educandi plutarch⁹ Quomodo te cum amicis habere debeas & quomodo in senectute arpinas Cicero. Idem quoq̄ de mortis contēptu & aliarū passionū scripsit in tusculanis: Morales virtutes quomō amplectende sint & bi quos modo retuli autores: & post eos macrobius facū de tradiderunt. Vis agriculturam cognoscere: Virgilius georgicorū te admonebit. Vis orbis situ mētis oculis plustrari & diuersarū prouinciarū situs ac mores intueri. & qd quaeq̄ regio ferat & quid quaeq̄ recusет: assit Plinius de naturali bistoria: assit Ptbolomeus: Solinus: isidorus bispalen̄. Vis celi sydera & planetarū cursus & grandinis & pluuiarū & fulminis causas scire: ad Aristotelē redito: Senecam Virgilium. Vis regum mores & fastidia principantiū p̄scrutari ꝑm Senecam in tragediis legito. Vis plebeos bomies & milites glorioſos & leonū insidias & seruorū deceptiones vt euitare illas possis intelligere. Plautuz tibi & Therentiū assumito. Vis quomō fulminanda sint vicia edoceri Oratius Iuuenalis & Persius in promptu sint. Vis pastorum cōsuetudinē cernere Bucolicon Virgiliū habeto. Vis fabulas gētium & fastos & tristium miserias & amātiū epistolas & amoris remedia nosse: Naso te versibus erudiet. nec Stacius thebaidos vl̄ archileidos inutilis erit sententiis grauibus vbiq̄ refertus. Post bec ꝙo vt sias pfectior

& cum de religiõe cogites: tum de salute anie Hieronimi libros euolues Augustini. Ambrosii. Gregorii. Lactãtii. Cipriani. Leonis. Scripturã sacrã sp domi habebis: & nũc vetus nũc nouũ intueberꝫ testamentũ. Hec q̃ nũc scribo: si qs doctus extra italiã legeret me maxie argueret qꝺ inter autores legẽdos nõ numerauerim Hugonẽ de sctõ victore: aut Alexãdrũ de ales vl magnũ albertũ vel Petrũ blesensem & Nicolaũ de lyra & Alanum. et bãc nouarũ turbã. Sed tu caue ne istos audias. Nã etsi docti sunt docere tũ alios neq̃unt. Ego tibi id suadeo qꝺ p me rectũ puto: nec somnio. Sed viros toti⁹ italie pitissimos in bãc sniam habeo cõcurrẽtes. Crede mihi nihil discendũ ẽ qꝺ de discere oporteat: ꝫ illis in autorib⁹ te exercẽ qui sunt ꝓbatiores. Suscipe nãq̃ sp optima debem⁹ ad imitandũ. Tu ergo bos seq̃ris bos audies bosq̃ leges q̃s tibi p̃nominaui. Si vis & multarum rerum scius & princeps toto in orbe secularis & mirãdus haberi. Interueniendũ tamẽ non suadeo vt cõiunctus hominũ fugias. Nec te solitarium esse volo: nisi cum meditari aliquid volueris & in secessum mẽtis progredi ad aliqꝺ tempus: imo suadeo vt sis affabilis vt cõis oĩbus vt te videndũ p̃beas. vt nũc hos nũc illos alloquaris; vt consilia ingrediaris vt cõciones adeas: vt populo te exhibeas & p te loquaris. Scio nãq̃ frugi esse que homines litteris didicerunt experimento cõprobari. Nec ego hos homies laudo qui sic se litteris dedunt vt res ceteras paruifaciãt qualem fuisse democritũ diogenẽq̃ constat: qui sibi dum daxat vixerunt Illi sunt oĩ laude & preconio digni qui & reipublice seruierũt & lr̃aruꝫ studia non amiserunt. vt & Platonẽ & Arestotelẽ & Demostenẽ & Iuliũ & Ciceronẽ & Plinium & Macenatẽ et Augustinũ fecisse comperimus. Hi nanq̃ quod ex lr̃is hauserant in administranda republica exercebant. Idem & tu facies si vir & princeps optimus eẽ volueris: lr̃is suum tẽpus & suum reipublice dabis. Nunc iudiciũ facies nunc tenebis consiliũ nũc arma tractabis. nunc rem familiarem respicies: & in bis oĩbus quid lr̃e valeant experieris & ocii vtilitatẽ cum negocii cõmodo cõiunges: mirãdus oĩbus de te spem facies & vel solus vel cũ paucis orbe toto mirãdus habeberis princeps. Nec tam splẽdor forme tue qui ẽ egregius: nec vestes auree aut ornatus criniũ & equorũ pompa tantũ te bonestabit q̃ntũ ipsarum decor litterarũ & virtutum fama. Quorum facies si videri posset (vt Arestoteles inquit) pulcrior est q̃ Lucifer aut Hesper⁹: ad bec aũt sicuti mihi videẽ iam tuapte incẽsus es. Cum eĩ subditi tui nup ex athesi venientes maiestati regie supplicarũt vt te ad regendam ꝓuinciã mitteret. Non sum dixti adhuc adeo matur⁹ vt gubernare patriaꝫ possim. Digna vox que tuo progrediẽ ex ore & quã omnis laudatura sit etas. Cõuenit eĩ quid ferre recusent & quid valeant humeri quẽlibet meditari cuꝫ aliquid est gerendum: quia cui leta potenter erit res sic demum recte se habebit. Nam quod bias ait. Magistratus virum ostendit. Nos rectissime de principatu dicemus. In quo qui moderationem seruat diis est q̃

bominibus simílior. Nec ẽm arduũ est in paupertate seruare continentiã sedvt Marcialis ait. difficile est opibus non tradere mores. Magna peccã di facultas sequitur principatum: adest irritamen gule: copia vini & que sitorum vndiq; tibariorũ & laute gloria mẽse: vt verbis vtamur Lucani. Sunt mulieres formose que tum oculis tum verbis tum osculis tum amplexibus adulescentulor; mentes & oculos fastinant. assunt corruptores adulatores ioculatores bistriones qui arcem adolescentie vndiq; nituntr expugnare. Ille auaritie cultor venalẽ iusticiam facit. Suscipe inquit hoc & cõmendatum habe. Qui dat pliberalis est homo & habet multum qđ det: alius ad iram ꝓuocat in te inquit peccauit: suscipe gladiũ vindica scelus. Tu princeps iniuriam feres quam nec priuatus impunitã relinqueret. Mulier alius inquit formosa te amat & amore tuo moritur cur non compateris & misereris adolescentule & gaudes cum ea. Eamus venatũ ait vir robustus quid torpes ceruorum greges & aprorũ clausi sunt. Spectaculum tibi pulcrum prebebo. Veni mitte bos senes respublicas tueri. Tu letus esto dum tempus fert. At bi quibus in palatio viuendi ẽ causa. quid stas inquiunt princeps: iam epule allate sunt & frigescunt: veni duꝫ accipenser calidus est & anteq; fumare lepus desinat. Squilla est optima & aper & poletus in mensa. quid stas & voluptatis tantũ amittis. Multi vicia suadent pauci virtutes. Quid faciat adolescens: cuius etas parum p se roboris habet & cuius animus a natura prodiuis est in libidinem. Vix grandeui homines resistere tot blandiciis potuerint ne dicam adolescentes. Sed aiunt aliqui. Consilium habebit princeps: maiores natu astabũt: quid sit agendum. Primo res patrie censebunt: scitum est: sed omnes qui principem coronant facere illum amicũ studeñt & non que sunt apta sed que iocunda putãt in consilio dicũt & nititur p se quisq; vt carior sit. nec est qui libera ꝓferat animi verba. Et q̃uis pars bene consulat: liberum est adolescenti quos vult sequi. Et quia inexptus est: parũq; pensi habet: nõ quod expedit sed quod libet plerũq; amplectit. Et quippe quẽadmodũ mea fert opinio. Aut maturũ esse principẽ oportet & suo consilio fretũ. Aut adeo rudem vt in modũ trunci nihil p se disponat. sed qđ maior ps suadet executioni mandet. Nam qui aliquid scit minus tñ q̃ satis est: periculosus est reipublice & imperia sepe subuertit. cum non ad rõnem sed ad libidinem regat. Hinc est quod in libris regum puellum octo annor; bene rexisse comperimus siue bis septem annor; fuit ioas filius ochozie Non ẽm is rexit: sed eius satrape regnũ adminiſtrarũt. Est aũt principũ irritamentũ quoddã vitior; & admodũ pauci reperiunt qui nõ aberret. Cum frenis oĩbus sunt soluti a Saulvsq; Sedechiã noue & triginta reges in iuda & israel fuerũt. inter quos solum octo boni cõnumerant. reliq; vo ignari: imperiti: indocti: impotẽtes: auari: superbi: iracundi: crudeles: libidinosi: adulatorum & stulticie serui. qui ambitione nescio qua effrenata tanq; ad pestem mortaliũ nati idolis seruientes. bellis semp indulserunt:

pacis atq; ocii boſtes fuerunt. Et bi tamē in populo dei regnabāt: & bo⁹ plericq; p ſeruos dñi ꝓbetas fuerūt victi. Nec ſalamon cuius ſciam & ſapientiam a deo fuiſſet aſſecutus ꝑſeuerare potuit. ſed adamauit mulieres alienigenas. & bis copulatus eſt ardētiſſimo amore. Fuerūtq; ei vxores quaſi regine ſeptuaginte & cōcubine trecente: & auerterūt mulieres corcies vt ſequerēt deos alienos. Nec dauid cuius eſſet electus a deo vicis caruit: ſiquidē & bomicidiū ſimul & adulteriū ꝓpetrauit: qđ non feciſſet dum paſtor erat: ſed eum licētia regni ꝓuocauit. Quid alius faciat cui minus ſit roboris: quid iuuenis quid adoleſcens an eſt aliquis qui annis teneris dñium cēſeat cōmittendū: cum ſepe robuſtior etas ſub illo deficiat. Prudēter tu quidē qui patrueli & ſanguini tuo potius q; aliis credidiſti: nec dñatum prius ſuſcipere q; peritiā voluiſti. Ali⁹ fortaſſe aliter feciſſet qui opinione inflatus ſui: qnid ad me dixiſſet obediētia iſta: ego iaꝫ liber eſſe volo: iam ſcio bonum & malū: quid melius eſt q; impare dicā illi face & faciet. Iam vt euolem tēpus eſt. Sic dedali filius vt eſt in fabulis. Nāq; cum pater alarū remigiuꝫ ſibi & filio cera & pice coaptaſſet vt laborintbi carcerem fugeret: liquidū petiit aerā & ſequere me inquit icare: neca me quoq; recedas. Paruit ille tamdiu quo ad timor artis manſit ignote. vbi vo iam ſe volandi ſcium putauit. ne ſe amplius rectore credidit indigere: iuſſum patris egreſſus: pcuſſis ampli⁹ aliis vagari cepit: & modo buc mō illuc diſcurrens: ac cōtinuo altius euolans: regionē igniferam attigit vbi diſſolutis alarū cōpaginibus & omni penna ſolis ardore puſta ruinā fecit & nudus in mari cecidit: qđ adbuc eius ex nomine vocat icariū. Proſeq; r iterum fabulas. Pbeton filius pbebi patrē rogauit ſibi vt quaꝫ peteret rē concederet. Iurauit p ſtigem pater nibil ſe negaturū. Filius currū ſolis ſibi regendū cōmitti poſtulauit: penituit pbebum ꝓmiſſi: ſcientē tanti regiminis impotentē natum: ſed quia iurarat negare non potuit. (cuius Cicero in officiis boc iuramentū potius reſcindendū putaſſet.) Aſcendit currum pbeton. gloriabūduſq; ſora recepit tumq; & ſe regē & deo ſimilē arbitratus eſt: vbi vo ad mediū celi eſt ventū cum ſolis equos inbibere nō poſſet: illiq; vagarentē & mundū omnē ignibus conflagrarēt iouis fulmine ictus eſt & in beridanū pcipitatus. Hiſce figmētis admonēt quelibet poete: vt anteq; prefit & dominet: vires ſuas regide mentiat ne ſub pondere ruat: qm onus eſt non voluptas aliis imperare. Si modo id volum⁹ cum rone efficere & eum finem regere ꝓpter quē reges ſunt inſtituti. Leges romane que ab atbenienſib⁹ & ſpartanis quas tradiderūt liburgiis & ſolon ſunt orte pueros vſq; in annum quartū decimū ſub tutela eē voluerunt. Poſt banc etatē in annū. xxiiii. curatores adoleſcētibus dabant. Nam ante boc euū infirmā cenſebant etatē. Eam ob cauſam cuꝫ duo ſcipiones a eartbaginēſibus in biſpania fuerūt occiſi: & banibal armis italiā premeret: iterū ſecum exercitū in biſpaniā patrē & patruū vlturū. Scipio affricanus maior repromittēs diu p ſenatum reiectus eſt q; quartū & vi-

gesimũ dumtaxat annũ eẽt natus. Tandem cum esset alius nemo qui se diceret ꝓfecturum ꝓinciam: necessitate magisq; voluntate senatus obti nuit. Cartaginenses eorum impatore defuncto amittare imperiũ filio q̃ iuuenes erat cõmittere recusarunt. Nec Hanibal prius dux penorũ crea tus est q̃ anno eẽt occisus qui patri successerat: Rex numidie massinissa fi lios suos moriẽs quia iuuenes erant romano populo & presertim corne lie familie cõmendauit. Quid tibi gentiliũ gesta cõmemoro. Prohibẽt sa cri canones ante. xxiiii. annũ fieri quenq; presbyterũ aut pontificẽ añ tri gesimum. Referamus aliquid ex veteri testameto. Nam & ibi quoq; cõ silia iuuenũ ad regimen patrie immatura videnẽ. Mortuo salomone qui sup duodecim tribus regnabat: venit filius ei⁹ roboam in sichem vbi cõ gregatus erat oms israel ad cõstituendũ eum regem. Et dixit multitudo pater tuus durissimũ iugum imposuit nobis. Tu itaq; nunc iminue pau lulum de imperio patris tui & de iugo durissimo & seruiemus tibi. Qui ait ite ad terciu3 diem & reuertimini ad me. Cunq; abiisset populus iniit consilium rex cum senioribus qui responderunt. Si obedieris hodie po pulo huic: & petitioni eor̃ cesseris: locutusq; fueris ad eos leuia erunt ti bi serui cunctis diebus. At ille reliquit consiliũ senum & adhibuit adole scentes qui nutriti fuerunt cum eo: qui dixerunt ei: Sic loqueris populo huic. minimus digitus meus grossior est dorso patris mei: & nunc pater meus posuit sup vos iugum: ego aũt addã sup iugum vestrũ: pater meus cecidit vos flagellis: ego aũt cedam vos scorpionibus. Fecitq; sic & irrita to populo recesserunt ab eo decem tribus: qui constituerunt sibi regem Jerobaã filium nabath. Scissusq; ẽ israel imꝑpetuũ: quia inexptus rex cõ silia iuuenũ recepit. Melius fuerat illum iuuenẽ infantẽ fuisse. Nam tunc ochozias filius ioraz duos & viginti natus annos regnũ accepit in israel & afflixit populũ domini & fecit qđ malum erat coram deo. Nec aliter se habuit achaz filius ioathan qui viginti annorũ erat cum regnare cepit in iuda. Nemo peior q̃ manasses inter reges fuit qui. xii. etatis anno susce pit imperiũ. Similis ei fili⁹ amon fuit qui regnũ. xxii. etatis anno incboa uit & a seruis suis ꝑpter scelera quib⁹ implicatus erat occisus fuit. Quid ioachim referam & duos ioachim patrẽ & filium. aut sedechiam nomine qui ꝑdita bierosolyma captus a caldeis prius ante se natos suos occidivi dit: postea priuatus est oculis. Hi oms infra. iii. &. xx. annũ regnare cepe runt: & qm̃ inexpti erant. malum coram deo gerẽtes: & se & suos popu los pessundarũt. Quor̃ stultitie cõtraria est adolescẽtia tua. q̃ licet q̃ntu3 in hac etate põt esse multũ prudentie sortita sit. spemq; maximã de sua sa pientia prebeat: non tn̄ prius ad regendã ꝓinciam mitti voluit q̃ & ro bur etatis & rerum assequereẽ experientiã. Sclebas nãq; tuapte ingenio qm̃ non recturus sed regendus ires. quod sub patruele tuo cesare nostro sapiẽtissimo potius q̃ sub aliis tolerare voluisti: vt interim dum etas cre scit regiam maiestatẽ secutus interfis consiliis: iudicia noscas: res arduas

videas: virós ſapientes audias: dietim fias rerũ experiẽtia doctior. At cũ his ſeruandum eſt quod ſupra dixi vt temporis aliquod ſpacium concedas litteris: que reliquas virtutes tuas condiant & illuſtrent: quibus ſi fueris vt te ſpero futurum rite imbutus: cum ad regendũ venies non par aliis ſed omniũ principum eris ſpeculum: teqꝫ vicini omnes ſuarum litiũ moderatorẽ & arbitrũ facient. Et quẽadmodum ad viſendam ſapientiã Salomonis regina ſaba & alii orientales cõcurrerunt ſic te totus occidẽs venerabit᷑ & ſeptentrio: & ad famam tue prudentie infiniti viſuri te venient. Eris em̃ quaſi ioſias alius filius amon. populum tuum recte gubernans nec ad dexterã neqꝫ ad ſiniſtram declinans. Age igit᷑ princeps optime & adoleſcens clariſſime dum tempus habes incumbe litteris: ediſce ſapientiam & ſtudio te prebe. Nec ſit tibi cure ſi res alique in atheſi ſunt innouate: illas enim patruelis tuus componet & pro ſua eximia tum ſapientia tum bonitate pacabit: teqꝫ cum tempus aderit & domino & virtutibus actum remittet in patriã. Interea regimen recte illi cõmiſſum eſt: quia indiget atheſis regio fauore ꝓpter finitimos plures qui tuis inhiãt terris & apertis faucibus expectãt quomodo tuum poſſint patrimoniũ deuorare. nec aliud verenẽ q̃ꝫ nomen regium imperialemqꝫ dignitatem. Et licet nonnulli aliqua inpreſentiarũ temptent: melius tamẽ regio q̃ꝫ dulcali nomine compeſcent᷑: qui ſi tu regeres adoleſcentiam contemnentes tuam acerbius affligerent terram. Sed mitto hec quia tu te ſciſti quid eẽt agendum & te regi commẽdaſti. Meum eſt te hortari vt litterarum quãta ſit vtilitas quantuſqꝫ fructus noſceris. Non nihil horarũ ſtudio tribuaſ quod iam tibi ſatis arbitror ꝓſuaſum. Non eloquentia mea que nulla eſt ſed bonitate tua qui ab ipſa natura ſitire videris amorem ſcientie. Sed facio iam finem. quia rumor vociferatio & ſtrepitus in quo ſum non ſert vt plura dicam. Venio enim inter clamores qui rumperent ſomnum druſo vituliſqꝫ marinis. Vnicum eſt toti cancellarie receptaculum. Complures ſumus vnis in edibus commenſantes & combibentes. Nec formice tam preſſe in ſuis antris q̃ꝫ nos vna in auleola degimus. Apes diſtincte cellulis in aluearibus deliteſcũt: nos vno in conclaui velut oues in ſeptis alter alterum premim⁹. nec ſpuere quiſqꝫ poteſt niſi alterius cõmaculet veſtẽ. Tantumqꝫ inter nos ſeruamus ſilentium vt picas in nemoribus vel cornices aut in paludibus ranas audire cenſeas te. Miror mei qui tantũ exprimere tibi potuerim. Sed hoc forſitan nimis eſt tibi. qui iã litteras quaſi iugum aliquod abieciſti & nunc magis vocandus es ad ſtudium q̃ꝫ trahendus. Illud mihi moleſtum eſt ꝙ ad te ſcribens inter vexationes plurimas perpolire nõ potui quod te legere ſperaui. At tu veniam dabis & loco & ingeniolo meo. quod tam bebes eſtvt nedum in tumultu ſedvix in quiete ornare queat quod ſcribit. Vale iam tãdem & me quantũ ceſar permittit tuum habeto. Ex gretz.

Neas siluius poeta Nicolao vuartenburgẽsi. S.p.d. Querebaris mecum nocte ꝓterita ꝙ amori operã dares: ne delibutũ ac vinctum animũ soluere posses. Dixisti te ne virginẽ nec nuptã nec viduam amare: sed mulierẽ ꝙuis pulchram meretricẽ tñ quibuslibet viris precii causa sese substernentẽ. Id tibi molestũ eẽ aiebas libenterꝙ amorez hunc velle te postergare: sed viam modũꝙ nescire quo fieri liber & amore vacuus posses. Nam etsi plures sacerdotes cõsulueris. neminẽ tñ remedia q̃ tibi viderentẽ efficacia ꝓtulisse dicebas. Rogasti igitẽ me magnisꝙ ꝓcibus efflagitasti egritudini tue vt aliquã efferrẽ medelam ac iter ostẽderem tibi quo posses ardentis amoris flãmas effugere. Parebo desiderio tuo. Salubria prebebo tibi remedia si ea amplecti volueris. Nec verebor medici culpam mihi ascribi: si tu obedietis egroti psonam suscepis: ꝙuis arbitror quos cõsuluisti sacerdotes satis tibi fecisse si ꝓcepta tenuisses que illi dederunt. Sed tibi visa fuerũt fortasse grauia. Nam cum dicerent fuge illam: nihil sibi loquaris: nihil de illa audias: durum verbũ visum est. Ac febricitãs quoꝙ inuitus audit frigida pocula sibi negari. Si tñ sanari vultqđ medicus mandat diligẽter obseruabit. Tu g̃ mi Nicolae si vis amorẽ euadere liberꝙ fieri: prepara te vt que precipia facias. Noscito egrotũ tẽ fore maximãꝙ infirmitate detentũ: & ꝓpter sanitatẽ dura & aspera eẽ plura subeunda. Nempe egrotus est mi Nicolae oñis eñ qui amat. Ac ne dum egrotus sed seruiture etiã captus atꝙ insanus & amens. De amore inquã illicito. Nam deũ colere & amare parentes vxorem & liberos virtutis est non vicii: sanitatisꝙ non egritudinis. Ac tu amorẽ illicitũ seq̃ris. Quid tu esse amorẽ illicitũ de quo iam loquimur credis. Veteres putarunt illum ex venere vulcanoꝙ natum puerũ cecũ alatum sagittã in manibus habentẽ. quibus viros ac mulieres feriens ardorẽ dilectionis infunderet. Apud virgiliũ legimus. Nunc scio quid sit amor duris in cantib? illum ismarus aut rodope aut extremi garamãtes nec generis nostri pueri: nec sanguinis edunt. Sed error hic mortalis populis fuit: qui veritatem attingere nõ potuit amor. vt in tragediis inquit seneca. Nihil aliud est nisi vis queda magna mentis: blandusꝙ animi calor inuenta gignit luxu ocio & inter leta fortune bona nutrit. Hic mentẽ hominis eripit: iudicium oñe puerit: sensum ebetat: animũ extinguit. Nãꝙ cum mulierẽ diligis non in te sed in illa viuis. Quid igitẽ peius est ꝙ viuentẽ non vincere ꝙ sensum habentẽ non sentire: ꝙ oculis preditũ non videre. Equidẽ qui amat in aliũ mutat virtutẽ: nec loquit nec facit que ante solebat. Hinc ꝓmeno apud Therentiũ. Dii boni quid hoc morbi est adeon homines mutarier ex amore non cognoscas eundẽ eẽ. Putat Comicus morbũ eẽ amorem: nec male putat: nam & apud Macrobiũ: luxuriã que vel mater amoris est. vel filia deterrimi morbi partẽ Ypocras eẽ dicit. Hic morbus, plerunꝙ iuuenes aggredit: sed viros quoꝙ senesꝙ vexat, tantoꝙ peri-

culosior & risu dignior est: quanto persona que capta est etate aut scientia censet prestantior. Cuz ergo Ypolite captus sis amoriq; seruias: scias te morbosum ee. Si morbosus es liberari stude. Nam quis morbū patiē qui curari nō velit? Sane vt morbus grauior est acerbior periculosior eo morbosi maior ē de sanitate cura. Tua infirmitas magna ē: sit & cure diligentia magna. Cogita mi Nicolae quo i statu es. Tu nihil te existimas quicqd tibi eueniat leue est. Solū super amicā anxius es. Nō parētes: nō necessarios nō bñfactores magnifacis. Solus tuus animus in amica est. Illam amas: illam promoues: illam somnias: de illa cogitas: de illa loq̄ris de illa suspiras: nihil agis quin memoriā eius habeas. En stultiā: amentiam morbūq; teterrimum. Anno est petēda cura. Quis nō hoc morbo saluari velit? Ceterū ad salutē tuā b̄ sunt necessaria Nicolae q̄ si feceris sanus eris si neglexeris sepelierisq; in morbo tuo: nec te quis q̄ iuuari potuerit. Cogita primū q̄ remote a preceptis dei recessisti. qui cū debeas deuz ex toto corde diligere creaturā amasti: & in ea omnē tuā delectatiōem & oblectationē posuisti: sic em factus es idolorū cultor. Nam qui creaturaz deo preponit idolatra est. Negabis te idolatrā ee quasi nō preponas creatori creatū. At si verū fateri vis plus tuā amicā diligis q̄ deū. Nam que deus mādat negligis: postergas: contemnis. Que vult amica summa cuz diligentia curas adimplere: & hoc nempe est preferre mulierez deo. Heu q̄ magnū est malū q̄ periculosum q̄ detestabile creaturā sic amare vt deū paruifacias. Deus cū esses nihil te aliquid ee fecit vt posses scire diuina sacramēta & viā qua itur in celū. Ipse quoq; deus cū ob culpā primi parentis tu & ceteri homines paradisum amiseritis nasci pro te voluit fieri hō: capi: cedi: vituperari: crucifigi: mori: ac suo te precioso redimere sanguie. En q̄ magna ingratitudo est iniquitas: inhumanitas: feritas: hunc q tanta p se fecerit propter vilem relinquere mulierculā: hoc satis te ceterosq; xp̄ianos mouere debet ab amoribus illicitis deo soli seruire. Sed cogita vlterius quid agis Nicolae. Pulcra tibi videt amica tua: credis ne sic sp pulcra erit? Res est forma fugax vt inquit Tragedius: mulier que hodie formosa est cras deformis erit. Quid tua bona perpetua & immutabilia pro caducis mutabilibusq; pmutas? Sit vt putas spectabili forma mulier leue hoc bonū est. Nihil forma mulieris est nisi moribus adiuta. Castitas est que feminā laudat nō forma. Tu nō castitatē sequeris: formam solum amas. Forma hec vti vt flos agri decidit. Rosa mane rubet: sero languescit. Nihil formosius est virtute atq; honestate: si hāc intuereris multo tibi formosior videret q̄ tua sit amica. Etem nec Lucifer nec Hesperus tā decorus est q̄ ipa facies honestatis: quam qui relinquit propter mulierē extima oro q̄ sit delirus & amēs. Ceterū Nicolae vt tecum non multis vtar. Hec quam amas mulier non tua sola est: sed cōplures eam habent. Nec ipa te solum amat: sed alios quoq; diligit. Quid tu in turba vis facere? Cogita te iam esse in vespero iam senem iam meriti proximū. Vis ne

cum mulieribus contendere: vie cum robustis pugnare? Quid tibi in eo prelio queris in quo victor succũbes? Magna res est virũ senem a iuuenibus extorquere muliere?. Sis tamẽ potes vt extorqueas qd vicisti cuj preliũ huiusmodi sit vt vincens succũbat. Quid cũ oro mulier: nisi iuuentutis expilatrix: virorũ rapina: senũ mors: patrimonii deuoratrix: bonoris pnicies: pabulũ diaboli: ianua mortis, inferni supplementum. Cogita Nicolae quot mala per mulierẽ obuenerint: cum Salomon: cũ Holofernes: cum Sampson per mulierẽ decepti fuerint. Non te credas sic fortem eẽ vt non illudaris. Sed quãto viris illis debilior es: incautior: imprudentior: tanto te ab eo loco semoue in quo potes decipi. Nihil est mulieris amor qui cũ peccato fit. Non est in muliere stabilitas que nunc te amat: cras alium amabit. Quid tu hunc amore? extimes qui in plures diuisus est? Nulla mulier tamfixe aliquem amauit: que veniẽte nouo proco nouisq; precibus vel muneribus: non mutarit amorẽ. Mulier est animal imperfectũ: varium: fallax: multis morbis passioibusq; subiectu?: sine fide: sine timore: sine cõstãtia: sine pietate. De his loquor mulieribus que turpes admittunt amores. Nunq; be stabiles sunt. Nanq; vt semel a recto tramite recesserũt: iam se liberas arbitrantur: vt quocunq; velint vagentur: nec amplius vel mariti vel amici timorẽ habẽt. Credo equidem illã coeundi fetidam voluptatẽ tibi qui iam senio exhaustus es parum placere. Nam quid nedũ tibi antiquo & arido: sed iuueni humecto illa inepta & spurcida voluptas conferre potest: quã mox penitudo consequit. an non magna res est ammonitio illa accitatio siue cõmutatio quedam que post peccatũ euestigio mentẽ hominis cruciat: q̃ iniquus est homo q̃ tiens ammonitus non quiescit qui punitus nõ emẽdatur: qui correctus nõ efficitur melior. Quid ille actus carnalis operatur nisi carnis interitũ? Vtinã solam carnẽ interimeret: et non occideret animã. At duo cũ inuicẽ coeunt vir atq; femina: quasi duo vasa testea mihi videntur: que inter se confricẽtur donec rumpentur & ad nihilum redigantur. Tu tamẽ nõ in coitu sed in visu sermoneq; forsitan oblectaris. Quid obsecro in visu est tampulcri: vt non inuenias aliquid pulcrius? Pulcritudo quã debemus querere in celo est: cui nulla potest res mũdana comparari. In illa omnis perfectio est: mundana semp diminuta sunt. Illa perpetua: hec caduca. Illa fixa: hec fluxa. Hanc quã tu miraris formã paulũ quid febris eripiet. aut si morbus abfuerit: senectus non decrit que illã teretem succi plenam q̃ faciem rugosam crispamq; reddat. Sicut illa que nunc miraris mẽbra de cursu temporis arida: nigra: squalida: fetore ac spurcitia plena. Nõ oculi splendorem vndiq; seruabunt. Fetebit os: collũ incuruabitur. Corpus vndiq; sicco & arido trunco fiet simile. Cogita hec & auerte spem priusq̃ fuge q̃ priueris. Multo eñ melius ẽ rem cõtemnere q̃ pdere. Jaj vero de sermone sua dulci placido & mellifluo quo te dicis oblectari admodum miror. Quid enim sermo muliebris in se dulce habet? Quid dicit ti

bi amica: Nempe aut queritur: aut plorat: aut minatur: aut tibi inanes refert fabulas. Dicit quid cum vicina fecerit: quid somniauerit: quot oua gallina peperit: quibus floribus serta componātur. Omnis sermo mulieris de re vana leuiq; est. In quo qui oblectatur: & ip̄m leuem eē oportet Narrat tibi nōnunq̄ & cū alio amatore & quo pacto iacuerit: quid domi receperit: quā cenam habuerit: quibus voluptatibus fuerit vsa. Que res non gaudiū tibi: sed cruciatū afferunt. Sed accipe que velis gaudia in sermone amice: eris ne amens rationisq; inops vt nō magis in alicui⁹ docti viri verbis sermonibusq; leteris. Resume oīa simul que in amore sunt gaudia: rursumq; tedia: multa ista: pauca illa reperies. Veramq; illius sententiam dices qui parū mellis in multo felle mersum inquit amorē esse. Cum ergo Nicolae totus amor de quo loquimur vanus: asper: amarus damnosusq; sit: & hominē morbo grauissimo teneat: curandū est vt ab eo libereris. Cura aūt ea est vt menti tue persuadeas malū esse amorem. Post hec declines amice sermonē: ocium fugias: in negocio semp sis: viros bonos qui te instruant sequaris. Nulli ludo: nulli conuiuio intersis. Si quid largita est amica abs te abiicias. Nihil penes te sit quod illius fuerit. puta illam esse nunciam diaboli: qui te perdere velit. Sint in memoria christi beneficia que tibi impendit. Cogita quot benefacienti premia in celestibus sedibus: & quot malefacienti supplicia apud inferos preparata sunt. Cogita dies tuos assidue fieri breuiores. instareq; semper vltimum Cogita quia irrisui est qui amat & presertim vir euo maturus. Cogita instabilem mulieris animum: cogita perditionem temporis: quo nihil est preciosius. Cogita dissipationem bonorum. Cogita vitam quam viuimus breuissimam in hoc seculo: q̄uis voluptatibus sit dedita: & in alio mundo quem inquirimus nullum esse finem. Hec si tecum sedulo cogitaueris: preceptaq; ista tenueris: amorē quo cruciaris a te breui tempore relegabis: virumq; te prestabis deo gratum celoq; dignum. Vale.

Frisingensis episcopatus desponsatur Henrico schlick.

Neas siluius poeta Reueren. EPISTOLA CVII

e do patri domino Henrico schlick electo frisingens Salutem plurimam dicit. Heri dum casus nescio quis in curiam me duxisset. Iohannes nieperg litteras quasdam ducis bauarie Alberti. sibi & vualthero zebinger destinatos produxit. Vuolfgangoq; nostro legendas dedit. In his scriptum erat Iohannem cardinalem sancti Martini in episcopum frisingensem: electum ac rite confirmatum fuisse nec aliud sibi obre ad possessionem adipiscendam nisi regem & Casparem schlick quod sibi tum iniustum: tum inhumanum videretur: cum ille ius haberet Caspar nihil tituli posset ostēdere. Rogabantur ergo illi duo magnisq; precibus orabantur: vt cardinali essent auxilio. regemq; hac infamia liberarent quem totus orbis iniuriari & vim facere Iohanni cardinali cognosceret. Cardinalem vero iam esse propositi regez visere. Sed cum hi duo

gam quādo tanta est copia veri. Quid eē est toto terrarū orbe amore cō
munius: que ciuitas qd opidulum: que familia vacat exemplis. Quid tri
gesimū natus annū: amoris causa nullum pegit facinus. Ego de me facio
coniecturam quem amor in mille pericula misit. Ago superis gratias q;
structas insidias millies fugi: felitior astro martis que vulcanus cum ve-
nere iacentem ferreo illaqueauit ridiculo: deridendumq; diis ceteris ostē
tauit. Sed alienos q; meos amores attingam nedum vetusti ignis cinerē
euoluo: scintillam adhucviuentem reperiam. Referam aūt mirū amorem

penecꝫ incredibilẽ: quo duo amantes: ne dicam amentes inuicem exarse re. Nec vetustis aut oblitteratis vtar exemplis sed nostri temporis ardẽ tes facies exponam. Nec troianos aut babylonios. sed nostre vrbis amo res audies. Quis ex amantibus alter sub artheo natus fuerit celo. forsitã & binc fugere aliquid vtilitatis licebit. Nam cum puella que in argumẽ tum venit: amatore pdito inter plorandũ mestam & indignitatẽ exalaue rit animã: alter vo nunꝯ post vere leticie particeps fuerit. Commonitio quedã iuuenibus erit: bis vt abstineãt nugis. Audiant igit adolescẽtule & boc edocte casu: videant ne post amores iuuenum se eant perditũ. In struit bec bystoria iuuenes ne militie se accingant que plus f. llis babet ꝯ mellis: sed obmissa lasciuia que bomies reddit insanos: virtutis incũbant studiis. que possessorẽ sui sola beare pot. In amore aũt quot lateant mala: si quis aliunde nescit binc poterit scire. Tu vale & bystorie quã me scribe re cogis attentus auditor esto.

Hystoria de Eurialo & Lucretia se amãtibus. EPIS. CXIIII

Rbem senas vnde tibi & mibi origo est: intranti Sigismũdo cesa-
v ri quot bonores impensi fuerint iam vbiꝯ vulgatum est. Palatiũ illi apud sacellum sancte Marthe: super vicum qui ad chopborus ducit por: am structum fuit. Huc postꝯ ceremonie peracte sunt: cum ve nisset Sigismũdus quattuor maritatas obuiam babuit: nobilitate: forma: etate: ornatuꝯ pene pares: non mortales sed deas quisꝯ putauit. Si tres dumtaxant fuissent illi videri poterant quas referunt paridem per quie tem vidisse. Erat Sigismũdus licet grãdeuus in libidinẽ pronus: matro narum alloquis admodum oblectabat & femineis blandimẽtis gaude bat: nec suauius illi quicꝯ fuit illustrata aspectu mulierum. Vt ergo bas vidit desiliens equo: inter manus earum exceptus est: & ad comites ver sus. Similes ne bis feminas vidistis. Ego dubius sum an facies bũane sint angelici vultus sunt: celestes certe. Ille oculos humi deiicietes vt verecũ diores fiant. sic pulcriores reddunt. Sparso nanꝯ inter genas rubore: ta les dabant ore colores. quales indicũ ebur ostro violatũ aut quales red dunt alba immixtis purpureis rosis lilia. Precipuo tamẽ inter eas nitore Lucretia fulsit adolescentula non dum annos. xx. nata: in familia camillo rum. Menelao prediuiti viro nupta: indigno tamẽ: cui tantũ decus domi seruiret: sed digno quẽ vxor deciperet. Et sic nos dicimus cornutũ quasi ceruum redderet. Statura mulierieris eminentior reliquis. Come illi co piose & aureis laminis similes: quas non more virginũ retrofulas mise rat: sed auro gemmisꝯ incluserat. Frons alta spaciiꝯ decẽtis: nulla infecta ruga. Supcilia in arcum tensa pilis paucis nigrisꝯ debito interuallo disiũ cta. Oculi tanto splendore nitentes vt in solis modum respicientiũ intui tus ebetarent. His illa & occidere quos voluit poterat: & mortuos cum libuisset in vitam resumere. Nasus in filum directus: roseas genas equali mensura discriminabat: nibil bis genis amabilius: nibilꝯ delectabilius

visu. Que cum mulier risit in paruam vtrinq; debiscebāt foueam. Nemo bas vidit qui non cupet osculari. Os paruū decensq; labia coralliní colo ris ad morsum aptissima. dentes paruuli & in ordinē positi ex cristallo vi debant̄: quis tremula lingua discurrēs non sermonē sed armoniā suauis simam mouebat. Quid dicam menti speciem aut gule candorē: nihil illo in corpe non laudabile. Interioris forme iudicium faciebat exterior. Ne mo hanc aspexit qui viro non inuideret. Erant insup eius in ore multe fa cetie. Sermo is fuit qualem rumor est grecorū: matrē habuisse corneliam siue ortesii filiam nec suauius aliquid eius oīone nec modestius fuit. Nō vt plereq; tristi facie honestatē ondebat sed alacri vultu modestiā. Non ti mida non audax sed tpatū verecundie metum. virilem animū femineo in corde gerebat. Vestes illi multiplices erant. non monilia: non fibule: non baltbei: non armille deerant. Redimicula capitis mirifica: multe vniones adamātesq; : tum in digitis: tum in serto fuere. Non Helenā pulcriorem fuisse crediderim: quo die paridem in cōuiuium Menelaus excepit: nec ornatiorē andromachē cum sacris hectoris initiata est nuptiis. Inter has & Katherina petrusici fuit: que paulopost die functa cesarē in funeribus babuit: qui & natus eius militia ante sepulcrum donauit q̄uis infantem. Huius quoq; mirabiles forme decus elucebat. inferior tn Lucretie erat. omnis de lucretia sermo audiebat̄. Hanc cesar banc ceteri cōmendabant intuebant̄q;. Quocūq; illa vertebat̄ eo & oculi sequebant̄ astantium. Et sicut orpheus sono citbare siluas ac saxa secum ferē traxisse sic ista homi nes suo quocūq; videbat intuitu ducebat. Vnus tamē inter omnes plus equo in illam ferebat̄ Eurialus franco: quem nec amori forma nec diuitie reddebant ineptum. Duorū &. xxx. annorū erat non eminentis stature: sed lete grateq; babitudinis: illustribus oculis magis ad gratiam tumescē tibus ceteris membris nō sine quadā maiestate decoris nature correspō dentibus: reliqui curiales ꝓpter longinquā militiam omnes auro excus si erant. Hic quia domi abundabat & propter amicitiā cesaris magna mu nera recipiebat: indies ornatior conspectib? hominū reddebat̄: longum famulorū ordinem pene ducebat. Nunc auro illitis nunc muricis tiri san guine tinctis: nūc filis que vltimi legunt se res textis vestibus vtebatur. Tum equi tales illi erant: quales in fabulis est ad troiā venisse mēnonis. Nihil huic ad excitandū illum blandū animi calorē: magnāq; mētis vim quē vocant amorē ꝓter ocium deerat. Sed vicit iuuēta & luxus tam leta fortune bona quibus ille nutrit̄. Nec potēs Eurialus suivt lucretiā vidit: ardere puellam cepit: berēsq; vultu nihil satis vidisse putabat: nec impu ne dilexit. Mira res multi egregia forma iuuenes: sed vnū hunc Lucretia plures honeste corpis mulieres: sed hanc vnā Eurialus sibi delegit. Non tn hac ipsa die vel in se flāma: Lucretia cognouit Eurialī vel ille Lucretie sed amare se frustra vterq; putauit. Vtigit̄ ceremoniis sacro cesaris capiti paratis modus fuit: & illa domū reuersa in Eurialū tota: & in Lucretiam

totus Eurialus ferebatur. Quis nũc Tisbes & Pirami fabulã demiret̃ iũ
ter quos noticiam primoscꝫ gradus vicinia fecit: & quia domos habue
re cõtiguas tpe creuit amor bi nunq̃ se prius viderant: nec fama cogno
uerãt. Hic franco: illa etrusca fuit: nec lingue cõmertiũ interceſſit: ſed ocu
lis tm̃ res acta ẽ: cũ alter alteri placuiſſ3: ſaucia ḡ graui cura lucretia & igne
capta ceco. ias se maritatã obliuiſciẽ: vtrũ odit & alẽs venereã vuln? infi
xos pectore teneẽ Eurialí vult?: nec vllã mẽbris ſuis qetẽ pbet: ſecũ (ne
ſcio qd obſtat) ait vt amplius berere viro nequeã. nil me iuuãt ei? ample
xus nil oblectãt oſcula faſtidiũ ẏba ingerũt. Peregrini ſemp añ oculos ẽ
imago q bodie pprior erat ceſari. Excute cõceptas e caſto flãmas pecto
re ſi potes. Infelix ſi poſſem nõ eſſem egra vt ſum. Noua mevis in vitam
trabit. Aliud cupido ſuadet aliud mẽs. Scio quid ſit melius quid deteri?
eſt ſequor. O ciuis egregia ac nobilis quid tibi cum pegrino eſt: quid in
extraneo vreris: qd thalamos alieni cõcupiſcis orbis: Si virũ faſtidis: bec
etiã dare põt terra quẽ ames. Sed beu mibi q̃ nõ illius eſt facies quã non
moueat eius forma: etas: genus: virtus. Certe mea pectora mouet. Et niſi
fert opem deſpero. Dii meliora dent. Vacb ꝑdam ego caſtos bimeneos
mecꝫ aduene: neſcio cui credã qui vbi abuſus me fuerit abeat virꝫ ſit alte
rius & me pene relinq̃t. Sed non is eſt eius vultus: non ea nobilitas ani
mi videẽ: nec gra forme illa eſt vt timeã fraudes & amoris obliuia noſtri
& dabit ante fidem. Cur tuta timeã accingar & oẽm timorẽ pellem. Ego
quocꝫ ita ſum pulcra vt nõ me minus ille velit q̃ ego ipm cupiam. Semp
ſe mibi debebit. ſi ſemel ad oſcula receptus fuerit mea. Quot me ambiũt
proci quoquo pergo quot rurales ante fores excubant meas: dabo amo
ri opam. aut bic manebit aut me ſecu3 abiturus abducet. Ergo ego & ma
trem & virum & patriã relinquã. Seua eſt mater & meis ſemp infeſta gau
diis viro carere q̃ potiri malo. Patria illic eſt vbi delectat viuere. At famã
perdã quid mibi rumores bominũ quos ipſa non audiam. Nibil laudet
qui fame nimis ſtudet: multe boc fecerũt alie. Rapi voluit Helena non eã
inuitam aſportauit paris. Quid adrianã referã vel medeã. Nemo errantẽ
arguit qui cum multis errat. Sic Lucretia nec intra pectus minora incen
dia nutriebat Eurialus: medias inter ceſaris curiã & domũ Lucretie edes
babuit. Nec palaciũ petere Eurialus poterat quin illam ex altis ſeſe oſtẽ
tationem feneſtris haberet in oculis: ſed erubuit ſemp Lucretia cum Eu
rialum vidit. quc res ceſarẽ dedit amoris cõſcium. Nam cum ex ſua con
ſuetudine nũc buc nũc illuc equitaret & bac ſepe tranſiret aiaduertit mu
tari feminã Euriali aduentu. qui ſibi q̃ſi Octauiano macenerates aſtabat.
Ad quẽ verſus. En Eurialeſiccine vris femias: mulier illa te ardet. Semel
vero tanꝫ inuideret amãti vbi ad edes Lucretie ventũ ẽ: Eurialo oculos
pileo contexit nec videbis inquit quod amas. Ego boc ſpectaculo fruar.
Tum Eurialus. Quid boc ſigni eſt ceſar. nibil mibi cum illa eſt. Sed boc
latere incautum eſt ne circũſtantes in ſuſpitionem adducas. Erat Eurialo

ſpadix equus ardue ceruicis argutiq̃ capitis quẽ & breuis aluus & obeſa terga ſpectabilem reddebant animoſo pectore thoris luxuriantẽ: qui ſonãte tuba ſtare loco neſciebat. Nutabat auribus & collectum frenũ volucbat ſub naribus igneꝫ denſa iuba & dextro iactata recũbebat in armo & cauans tellurẽ ſolido cornu grauiter ſonabat vngula. Similis illi fiebat Eurialo viſo Lucretia. que licet duꝫ ſola fuit daudere via deſtinaſſet amori: vt tm̃ illum aſpexit: nec modum flamme nec ſibi ponebat: ſed vt ſiccus ager qui admiſſo igne comburiť: ſi thori pfluent altius flãmeſcit. ſic infelix Lucretia ex ardeſcebat. Ita eſt ſane vt ſapiẽtibus videtur. Humiles tm̃ gazas inbabitat caſtitas ſolaq̃ paupies affectu ſano teneť. & que domo ſe coberet modico. diuites edes neſcit pudicitia. Quiſquis ſecundis rebus exultat luxu fluit ſempq̃ inſolita appetit: delicatas eligit domos & pennates magnos, dire fortune comes libido. Intuens igiť Eurialum q̃ ſepe tranſeuntẽ Lucretia. nec ardorẽ compeſcere potens: diu ſecum cogitauit cui ſe patefaceret. Nam qui tacitus ardet magis vriť. Erat inter viri ſeruos ſoſias theutonicus ſenex heroq̃ fidus: cui iam diu ſeruiebat liberaliter. Hunc aggrediť amans plus nationi q̃ homini credens. Ibat magna procerũ ſtipante cbaterua per vrbem ceſar iamq̃ domũ Lucretie pretibat: quevbi adeſſe cognouit Eurialum. Adeſto inquit ſoſia paucis te volo. Reſpice deorſum ex feneſtra vbi nam gentiũ inuentus eſt buic ſimilis. vides & omnes calamiſtrati ſunt erecti eminentibus humeris. Aſpice ceſaries & madido tiro cõtortas crines: o quales facies omnes lactea colla ferũt quo ſeſe ore ferunt q̃ forti pectore. Aliud eſt boc hominũ genus q̃ terra noſtra ꝓducat. Semen boc deoꝝ eſt: aut celo miſſa ꝓgenies. O ſi mibi ex bis virum fortuna dediſſet: niſi teſtes oculi eſſent. nunq̃ tibi boc narrãti credidiſſem. Et ſi fama fuerit oibus gentibus preſtare germanos credo ſubiectam boree plagam ex frigore magno albedinẽ mutuari Sed noſti tu aliquos: q̃ plurimos inquit ſoſias. Tũ lucretia franckonẽ eurialum: noſco tanq̃ me ait ſoſias. Cur tamẽ boc rogas. Dicaꝫ inquit lucretia ſcio q̃ in aptum non ibit. banc ſpem mibi tua bonitas facit. Ex bis qui ceſari aſtant nemo mibi eſt eurialo gratior. In bunc animus meus cõmotus eſt. Neſcio quibus exuror flãmis: nec illũ obliuiſci nec mibi pacẽ poſſum dare niſi ei me facio notam; Perge oro ſoſia cõueni eurialũ dic meipſum amare: nil volo ex te amplius. Nec tu fruſtra boc nunciũ facies. Quid audio refert ſoſias: beccine me flagicia facere aut cogitare. Hera prodam ne ego dominũ meum. Iamq̃ ſenex incipiã fallere quod iuuenis abborrui: quinpotius clara ꝓgenies huius orbis ex turba nepbandas flãmas e caſto pectore ne obſeq̃re dire ſpei. Extingue ignem. Nõ egre amorẽ pellit qui primis obſtat inſultibus. Qui dulce malum blandiẽdo nutrit: duri & inſolentis dñi ſeruituti ſe dat: nec cum vult excutere iugum põt. Quid ſi bocreſcierit maritus. Heu quibus te ille laceraret modis. Nullus diu latere põt amor. Tace inquit Lucretia: nibil loci terrori eſt. Nibil timet qui

non timet mori. Quēcunq; dederit exitum casus feram. Quo misera p-
gis sosias retulit: domū infamem reddes: solaq; tui generis eris adultera.
Tutum esse facinus reris. Mille circa te oculi sunt. Non sinet genitrix oc
cultum scelus: non vir nō cognati: non ancille serui vt taceant. Jumēta lo-
quent & canes & postes & marmora te accusabūt: atq; sicvt celes hec oia
qui videt omnia celare nō potes deū: quid pena presens conscientie pauor
& animus culpa plenus secq; ipm timens negata ē magnis scelerib? fides:
cōpesce obsecro impii amoris flāmas. Expelle facinus mente casta borri-
dum metue cōcubitos nouos miscere thalamis mariti. Scio rectuz eē qđ
dicis retulit Lucretia: sed furor cogit sequi peiora. Scit anim? q̄tum p̄ci-
pitium instat & ruit sciens: vincit & regnat furor potēsq; mēte tota dnat
amor. Stat sequi qđ regnū amoris iubet. Nimis heu nimis reluctata suz
frustra. Perfer si mei te miseret nunciū. Ingemuit sup bis sosias p que bas
dixit canas senectute mee comas fessumq; curis pect? & fida q̄ prebui ge
neri tuo seruicia: p̄cor supplex siste furorem teq; ipsam adiuua. Pars sani-
tatis est velle sanari. Tum lucretia. Non omnis ait ingeniū reliquit pudor
parebo tibi sosia amorē qui me tegi non vult. vnicū effugiū est huius ma
li mortevt preueniā nephas. Exterritus hac sosias voce: moderare inquit
bera mētis effrene impetus: coberce anios: nunc vita est digna: q̄ te nece
dignā putas: decretū est ait Lucretia mori. Admissum scelus collatini vx
or gladio vindicauit. Ego bonestius morte preueniā cōmittendū. Gen?
leti quero ferro laqo p̄cipitio veneno: vendicare castitatē licet: vnū borū
aggrediar. Nō patiar inquit sosias. At lucretia si quis mori cōstituit pro
biberi non pot. At portia cathonis filia mortuo bruto cum ferrū sibi sub
tractum eēt carbones ardētes ebibit. Si tam pteruus inquit sosias incū-
bat menti furor tue vite q̄ fame consulendū est. Fallax sepe fama est: que
malo melior bono peior nōnunq; dat. Tēptemus būc eurialuz & amori
opam demus: meus erit iste labor tibiq; ni fallor rem pfectam dabo. His
dictis incensum animū inflāmauit amore: spemq; dedit dubie menti: sed
non illi animus erat vt qđ dixerat eēt facturus. Differre animū femie q̄re
bat furoremq; minuere: vt sepe tps extinguit flāmas & adimit egritudi-
nē. Existimauit sosias falsis gaudiis puellā pducere donec vl' cesar abiret
vel mens illius mutareē: ne si negasset alius nūcius q̄rereē: aut in se man?
mulier iniiceret. Sepe igit ire atq; redire se finxit & illum gaudere amore
suo: & tps idoneū q̄rere quo inuicē affari possent Dixit interdū nō fuisse
loquēdi oportunitas: nōnunq; se mitti extra vrbem studuit: atq; in redi-
tum gaudia distulit. Sic diebus multis egrotū pauit animū: & ne p omia
mētireē: semel tandē adorsus eurialū. O q̄ bic dilectus es ait si scires: nec
illi qd boc eēt querēti vltra rndit. At eurialus certo cupidinis arcu pcus-
sus: nullā mēbris quietē dabat: igne furtiuo populāte venas: q totas pe-
nitus vorabat medullas: nō tn sosiā nouit: nec lucretia missuz putabat: vt
oēs minus spei habemus q̄z cupiditatis. Hicybi ardere se vidit: diu pru-

dentiã suã miratus est: secꝫ multotiẽs increpauit. Euriale quid sit amoris impium nosti: lõgi luctus breues risus: pua gaudia magni met⁹. Sp moritur & nunc̃ꝫ mortu⁹ est qui amat: qd tu bis nugis instas iterũ. At cũ se frustra niti videret quid tandẽ ait. Incassum miser amori repugno nũ me licebit qd Iuhũ licuit: qd Alexẽdrũ: qd Hanibalẽ: sed qd viros armatos refero. Aspice poetas Virgili⁹ p̃ sunẽ tractus ad mediã turrim pependit: dum se mulierc̃le speratvsurũ amplexib⁹: excuset quis poetãvt laxioris vite cultorẽ. Quid de phis dicem⁹ discíplinaꝫ magtis & artis beneuiuẽdi p̃ceptorib⁹ Arestotilẽ tanc̃ꝫ equũ mulier ascẽdit freno cobercuit & calcaribus pupugit diis eq̃ ptãs est cesaris. Nõ est verũ qd vulgo dr̃. Non bñ cõueniũt nec i vna sede morant̃ maiestas & amor. Quis maior ẽ amator c̃ꝫ noster cesar: q̃tiens hic amori dedit opam. Herculẽ dicunt g fuit fortissimus & certa deorũ soboles pbaratris & leonis spolio positis colum suscepisse passumꝫ aptari digitis smaragdos & dari legũ rudibus capill⁹ & manu q̃ dauã gestare solebat ꝓperãte suso duxisse fila: naturalis ẽ hec passio. Setit ignes genus aligerũ. Nã niger a viridi turt̃ amat̃ aue: & varijs albe iungunt̃ sepe colũbe. Si verboꝝ memini q̃ ad pharaonẽ sicculũ scribit sapho. Quid q̃drupedes referã mouet p cõiugio bella iumentũ: timidi cerui p̃lia poscunt & cõcepti furoris dãt signa mugiẽtes vrunt̃ birc̃ane tigrides. Vuluicus aper dẽtes acuit. Peni q̃tiunt terga leones. Cuj mouit amor ardent insane pontbi belue nibil imune ẽ nibil amori negatũ: o diũ parit cũ iussit amor iuuenũ feroces ꝯcitat flãmas senibusꝫ fessis rursus extinctos reuocat calores. Virginũ ignoto ferit igne pect⁹. Quid ego nature legib⁹ renitar. Amor vincit oñia & nos cedam⁹ amori. Hec vbi firmata sũt. lenã q̃rit cui ceras a d nuptã ferẽdas cõmittat. Nisus huic fidus comes erat harũ rerũ callid⁹ magĩ: hic puinciã suscipit mulierculãꝫ cõducit cui lr̃e cõmittunt̃ in hãc sñiam scripte.

Prima epla Euriali.

Alutarẽ te Lucretia meis scriptis si qua mihi salutis copia foret.
s Sed oñis tum salus tum vite spes mee ex te depẽdet. Ego te magis c̃ꝫ me amo: nec te puto latere meũ ardorẽ lesi pectoris. Iudex tibi esse potuit vultus meus sepe lacrimis madidus: & q̃ te vidente emissi suspiria. Fer benigne te precor si me tibi aperio. Cepit me decus tuũ vinctumꝫ tenet eximia qua omnibus prestas venustatis gratia. Quid esset amor antebac nesciui tu me cupidinis impio subiecisti. Pugnaui diu fateor: violentũ vt effugerẽ dominiũ. Sed vicit meos conatus splẽdor tuus: vicerunt oculoꝝ radii quibus es sole potentior. Captiuus sum tuus: nec iam mihi amplius cõpos sum. Tu mihi & somni & cibi vsum abstulisti. Te dies noctesꝫ amo: te desiderio: te voco: te expecto: de te cogito te spero: de te me oblecto: tuus ẽ anim⁹ tecũ sum totus tu me sola fuare potes solaꝫ p̃dere. Eligeboꝝ alterꝝ. & quid mẽtis habeas rescribe. Nec durior erga me ẏbis esto c̃ꝫ fueris oculis quibus mẽ colligasti. Nõ peto rẽ gran-

dem vt alloquẽdi te copiã habeã postulo: boc tm̃ volunt be lr̃e: vt q̃ nũc scribo dicere possim coram. Hoc si das viuo & felix viuo. Si negas extinguit̃ cor meũ qđ te magis q̃ me amat. Ego me tibi & tue cõmedo fidei. Vale anie mi & vite subsidiũ mee. Has vbi gẽmas signatas accepit lena festino gradu lucretiã posuit. Eaq; sola inuenta: banc inquit epl'am tibi tota cesarea nobilior & potẽtior curia mittit amator. & vt tu sui miserear magnis p̃cibus rogat. Erat leno cinio notata mulier. nec illud Lucretiã latebat: pmolesteq; tulit infamẽ feiaz ad se mitti: atq; in eã versa q̃ te scelesta in hãc domũ audacia duxit: q̃ te demẽtia meã adire p̃ntiã suasit. Tu nobilium edes ingredi tu matronas tẽptare potẽtes & violare audes legitimas faces. Vix me cõtineo quin capillos inuoluẽ tuos: tu mihi des lr̃as: tu me alloq̃ris tu me respicias. nisi plus qđ me decet attenderẽ: q̃ qđ tibi conuenit efficerẽ. bodie ne postbac vnq; tabellas amatorias ferres: ocius venefica tuasq; lr̃as defer imo da vt lacerẽ potiusq; igni dedã. Arripiẽsq; papirum in partes diuersas scidit & calcatã sepe pedibus atq; consputam in cinerẽ coniecit. At sic de te ait sumi supplicii lena deberet: igne q̃ viuo dignior. Sed abi ocius ne te vir offendat meus & q̃s tibi remisi de te poscat penas: caueto q; admodum ne ante conspectu redeas meũ. Timuisset alia mulier: sed bec mr̃onarũ nouerat mores & inter se inquit. nuncvis maxime quia te nolle ostendis. Moxq; ad illam parce ait dña: putaui me benefacere tibiq; cõplacitũ iri. Si secus est da veniã imprudẽtie mee. si nõ vis vt redeã parebo. Tu quẽ despicis amatorẽ videris atq; bis dictis e cõspectu recessit Eurialoq; inuẽto. Respira inqt felix amator plus amat mulier q̃ amat. Sed nũc non fuit rescribẽdi ociũ. Inueni mestam Lucretiã: ac vbi te nomino tuasq; lr̃as dedo: bilarẽ vultũ fecit: milieq; papirũ basiauit Ne dubita mox respõsum dabit & abiens vetula cauit ne amplius inueniret ne p verbis referret vbera. Lucretia vo postq; anus euasit: fragmẽta pquirens epl'e: particulas quasq; suo loco reposuit & lacera verba contexuit: iamq; legibile cyrographum fecerat quod postq; millies legit millies quoq; deosculata est: tandemq; inuolutũ sindone inter preciosa iocalia collocauit. & nunc boc repetens nũc illud verbum maiorem boratim bibebat amorem. Eurialoq; rescribi statuit atq; bunc in modum dictatã epistolam misit.

Rescriptum Lucretie.

Esine sperare qđ assequ nõ licet Eurialе. Parce nũciis ac lr̃is meve-
d xare nec me illarũ ex grege credito q̃ se vendũt: nõ suz quã putas
nec cui submittere lenã debeas. q̃re aliã incestãdã. Me null9 amor
nisi pudicus sequat̃ cũ aliis vt libet agito. Ex me nil postules temere atq;
indignum. Vale. Hec epl'a q̃uis duriorvisa est Eurialo & cõtra lene dicta. Viam tn̄ ostẽdit vltro citroq; lr̃as missitãdi. Nec dubitauit Eurialus credere cui fidem Lucretia p̃buisset sed angebat̃ quia fmonis italici nescius erat. Ioq; feruẽti studio curabat addiscẽ. Et qa sedulũ faciebat amor

breui tpe doctus euasit solusq; dictauit epl'as qui prius ab aliis mutuaba tur quicquid etrusco ſmone scribi oportuit. Respōdit g̊ Lucretie nihil succesum esse sibi ꝙ in famē submiserit feiam: cum id se pegrinū lateret. q alio vti nuncio non potuerat. Missionis amorē fuisse cām qui nihil q̄re ret inhonesti. Credere se fore ip̄am pudicā castissimāq;: atq; idcirco maio ri dignā amore insolentē feiam honorisq; sui ꝓdigam nedum se non dili gere sed maximo odio ꝓsequi. Pudicitia nanq; amissa nil eē ꝙ in femina cōmendet̄. Formā fore delectabile bonū sed fragile atq; caducum. Et cui nisi pudor assit nihil precii det̄. q̄ pudicitiā forme adiunxerit eam diuinā esse mulierē. ip̄am vtraq; dote pollentē scire: ac ꝓpterea coli a se qui nil ab ea peteret libidinosum aut offensurū fame: optare se tm̄ alloqui vt animū suum qui scriptis plene oñdi nequit verbis apiat. Cunq; his lr̄is munera misit non solum materia sed ope etiam p̄ciosa.

Ad hec lucretia sic rescripsit

a Ccepi lr̄as tuas iāq; nil amplius de lena queror. Q̄ me amas nō magnifacio quia nec primus es nec solus quem mea forma dece pit. Multi & amarūt & amāt me alii. sed vt illorū sic & tuus erit va cuus labor: Habere verba tecum nec possum nec volo. Inuenire me solā ni fias birundo non potes. Alte sunt dom⁹ & aditus custodia clausi. Mu nera tua suscepi: qa oblectat me opus illorū. Sed ne quid tuū gratis apd̄ me sit: neue hoc pign⁹ videat̄ amoris: remitto ad te anulum quem matri mee vir dedit vt apud te p̄cium quasi sit venditoꝝ iocaliū. Nec em̄ mino ris est gēma eius q̄ mun⁹ tuū. Vale. His eurialus sic replicauit.

m Agno mihi gaudio fuit epl'a tua que finem querelis fecit de lena Sed angit me ꝙ amorē paruipēdas meū. Nā & si plures te amāt nullorū tamen ignis cōparandus est meo. At tu hoc non credis. quia loqui nequeo tecum: id si daret̄ non me contēneres. O vtinam fieri possem irundo: sed libentius trāsformari in publicē vellem ne mihi fene stram clauderes. At ego non ꝙ neq̄as. sed ꝙ nolis doleo. Naꝫ quid ego nisi animū respicio. Ach mi Lucretia quid dixti te nolle. an si posses me nolles alloqui qui tuus sum totus q nihil cupio magis q̄ tibi gerere mo res. que si iubes in ignem ire citius obediā q̄ p̄cipias. Mitte obsecro ver bum hoc. Si non dat̄ facultas. assit tn̄ voluntas ne me verbis eneca q̄ vitā mihi oculis p̄bes. Si nō placet me alloqui petere: quia nō sit impetrāduꝫ obsequar. Sed muta sniam illā q̄ meū laborē vacuū dixisti futurū. Absit hec crudelitas: mitior esto amāti tuo. Si pgis sic loqui fies homicida. nec dubita. Facilius tu me verbis interimes q̄ quiuis alius gladio. Desino iā plura poscere: vt redames tm̄ postulo: nihil hic est quod abiicias. Nemo potest hoc te prohibere. Dic te me amare & beatus suꝫ. Munuscula mea quouismodo apud te sint est gratum. Ilia te aliquādo mei admonebūt amoris. sed parua illa fuerunt & minora sunt que nunc mitto tu tamen noli spernere quod amator donat. Maiora que indies ex patria mihi

debent afferri cum aderūt ex me recipies. Anulus tuus nunq̄ ex digito meo recedet & illum vice tua crebris osculis reddam madidum. Vale delicium meū & mihi qđ potes solatium dato.

Sic frequēter cū replicatū eēt: in būc tandē modū lucretia dedit epl̄am.

Ellem tibi euriale morem gerere teq̄ vt petis amoris mei particivpem facere. nam id tua nobilitas mereť & mores tui deposcūt vt incassum nō ames: taceo quantū mihi placeat forma tua & plena benignitatis facies. Sed mihi nō vsui est vt diligam. Nosco meipsam. Si amare incipiā nec modū nec regulam seruabo. Tu diu hic esse nō potes nec ego te postq̄ in ludum venerim possem carere. Tu me nolles abducere: & ego nollem manere. Monēt me multarum exemplā que peregrinos amantes deserte sunt ne tuū amorem sequar. Iason medeam decepit cuius auxilio vigilem interemit draconem vt vellus aureum asportauit. Tradendus erat theseus in escam minotbauro: sed adriano consilio fretꝰ euasit. Illam tamē desertam apud insulam dimisit. Quid dido infelix que profugum recepit eneam. num illi peregrinus amor interitū dedit? Scio quantū periculi sit amorē extraneū admittere. nec me tātis obiiciā discriminibus. Vos viri solidioris estis animi: furoremq̄ magis compescitis. Femina vbi furere incipit sola potest morte assequi terminū. Non amāt sed insaniunt mulieres. Et nisi correspondeat amor: nil est amāte femina terribilius. Postq̄ receptus est ignis nec famam curamus nec vitam: vnicum remedium est si copia sit amati. Nam quo magis carem? magis cupimus: nec discrimen timemus vllum: dum nostro libidini satisfiat. Mihi ergo nupte: nobili diuiti cōsultū est amori viam p̄cludere: & tuo p̄sertim qui nō potes eē diurnus. Ne vel redopeia pbillis dicar vel altero sapbo. Ideo te oratū volo ne vltra meū exposcas amorē & tuū vt paulatim com primas extinguasq̄. Nam id est viris q̄ feminis multo facilius. Nec tu si me vt dicis amas. id ex me querere debes qđ mihi exitio sit. Pro tuis donis remitto auream crucem margaritis ornatam q̄ licet breuis sit: non tñ precio caret. Vale.

Non tacuit eurialus bis acceptis. sed vt erat nouis scriptis incensus: calamum suscepit atq̄ sub bac forma dictauit epl̄am.

Euriali rescriptum.

Alue anime mi Lucretia que me tuis litteris saluū facis: & si non nibil vellis immisceas: sed boc spero me audito detrabes. Venit meas in manus epistola tua clausa & tua gemma signata. Hanc & legi sepe & deosculatus sum sepius. Sed bec aliud suadet q̄ tuus videtur animus fuisse. Rogas me vt amare desinā: quia non expedit tibi pegrini flāmas amoris sequi: & ponis exempla deceptarū: sed boc tamen ornate culteq̄ scribis: vt mirari magis & amare tuū ingeniū debeam q̄ obliuiſci Quis ille est qui tunc amare desinat quando prudentiorē & sapientiorē aniaduertit amicam. Si meum minuere volebas amorem. non oportuit

doctrinam tuam ostendere. Nam hoc non est incensum extinguere sed ignem maximum ex parua conflare fauilla. Ego dum legi magis extarsi videns forme tue preclare & honestati coniunctam esse doctrinam. Verba sunt tamen quibus rogas vt amare desistam. Roga montes vt in planum deueniant vtq; fontes sua repetant flumina. tam possem te non amare q̄ suū relinquere phebus cursum. Si possunt carere niuibus sitbie montes: aut maria piscibus & feris silue: poterit & obliuisci eurialus tui. Non est pronū viris vt reris lucretia flāmas extinguere. Nam q̄ tu nostro sexui ascribis plericq; vestro assignant. Sed nolo hoc certamen nunc ingredi. Ad ea me respondere oportet que in aduersum retulisti. Idcirco enim nolle te mibi correspōdere amanti significas quomodo multas pegrinus amor decepit: exēplaq; ponis. Sed possem ego quoq; plures referre quos femine relinquerūt troilum sicut nosti Priami filiuz crisеis decepit. deiphebum Helena prodidit. Amatores circe suos meditamentis vertebat in sues atq; aliarū terga ferarum. Sed iniquū est ex paucarū consuetudine totum vulgus censere. nam si sic peregrinus vt tu propter duos tresue malos aut etiā decem viros omnes accusabis borrebisq; & propter totidem feminas cetere omnes erunt odio mibi. Quinpotius alia sumamus exempla. Qualis amor anthonii cleopatreq; fuit: & aliorū quos epl'e breuitas referre non sinit. Si tu ouidiū legisti inueniſtiq; post troiam dirutā acbiuorū plurimos dum remeant peregrinis retentos amoribus nunq; in patriā reuertisse. Heserūt nāq; amatricibus suis carereq; potius necessariis domū regnis & aliis que sunt in patria cuiq; gratissima volue runt q̄ amicas relinquere. bec te rogo mi Lucretia cogites: nō illa q̄ nō sint amori aduersa & q̄ pauci fecerūt. Ego ea mēte te sequor vt ppetuo te amē simq; ppetuo tu⁹. Nec tu me pegrinū dixeris. Magis nāq; ciuis suz q̄ bic nascitur. Nam illam casus facit ciuem: me vo electio. Nulla mibi patria erit nisi vbi tu sis. Et q̄uis cōtingat me aliq̄n binc abire: reditus tñ festinus erit. Nec ego in tbeutoniā reuertar nisi res meas cōpositurus ordinaturusq; vt tecum esse q̄ diu possim. Facile manendi apud te reperiet occasio. Multa bis in partib⁹ negocia cesaris sunt: bec mibi cōmitti expedienda curabo. Nunc legatiōe fungar. Nunc munus exercebo. Vicariū in eutruria cesarem babere oportet: bāc ego puinciam impetrabo ne dubita suauiū meū Lucretia meū cor spes mea. Si viuere absq; corde possuz & te relinquere possum. Age iam tandē miserere amātis tui: qui tanq̄ ad solem nix eliquescit. Considera meos labores: & moduz iam diuq; meis martiriis statue. Quid me tādiu crucias. Miror ego mei qui tot perpeti tormenta potuerim qui tot noctes insomnes duxi: qui tot ieiunia tolerauī. Vide q̄ macer sum: q̄ pallidus sum. Parua res est q̄ spiritū corpori alligatum detinet. Si tibi aut parentes aut filios occidissem non poteras de me maius q̄ hoc supplicium sumere. Si sic me punis quia te amo: quid illi facies qui tibi damnū dederit aut malum. Ach mea Lucretia mea bera

domo

mea salus meum refrigerium suscipe me in gratiam: demū rescribe me tibi carū esse: nihil aliud volo. Liceat me dicere seruus Lucretie sum: & reges & cesares amant seruos vbi fideles norunt. Nec dii dedignant readamare qui amant. Vale spes mea mēsq; met⁹. Vt turris q̄ fracta interi⁹ inexpugnabilis videt exterius. si admotus aries fuerit mox confringet: ita eurialī verbis Lucretia victa est. Postq; enim sedulitatē amantis apte cognouit: & ipsa dissimulatū patefecit amorem: atq; bis litteris Eurialo se aperuit.

On possum tibi vltra aduersari nec te amplius Euriale mei amoris exptem habere vicisti. Iamq; sum tua. Me miseram que tuas susceptī litteras. nimium multis exponenda sum periculis: nisi me tua fides & prudentia iuuet. Vide q; serues que scripsisti. In amore3 iam tuum venio: si me deseris & crudelis & proditor & omniū pessimus es. Facile est femellā decipe: sed quāto facilius tātoturpius. Adhuc res integra est si putas me deserendā dicito: anteq; magis amor ardeat. Nec incipiamus quod postmodū incepisse peniteat. Omniū rerum inspiciendus est finis. Egovt feminarū est parū video. Tu vir es te mei & tui curam habere oportet. Do me iam tibi: tuāq; psequor fidem. nec tua eē incipio nisivt sim ppetua tua. Vale meū presidiū meeq; ductor vite. Post plures epistole missē vtrinq; sunt. Nec tam ardenter Eurialus scripsit q̄ feruēter Lucretia respōdit. Vnū iam vtriusq; desideriū erat sil' cōueniendi. Sed arduum ac pene impossibile videbat: oīm oculis Lucretiā obseruantib⁹ q̄ nec sola vnq; egrediebat nec vnq; custode carebat. Nec ta3 diligēter bouem iunonis argus custodiuit q; Menelaus iusserat obseruari Lucretiam. Vicium boc apud italos late patet. feiam suā q̄si thezauꝝ quisq; recludit. meo iudicio min⁹ vtiliter. Sūt em̄ fere hmōi mulieres oēs vt id potissime cupiāt qđ maxime denegat: que vbi velis nolunt: vbi nolis cupiūt vltro be si liberas habent habenas minus delinquūt. Exinde tāfacile est inuitā custodire mulierē: q; in feruēti sole pulicū gregem obseruasse. Nisi suapte casta sit mulier. frustra marit⁹ nitit̄ ponere seram: cohibe. Sed quis custodiat istos custodes. Cauta est & ab illis incipit vxor. Indomitū est animal mulier: nulliq; frenis retinēdū. Erat Lucretie spurius frater: huic tabellas cōmiserat Eurialo deferendas & hunc enim sui amoris consciū fecerat. Cum boc igitur conuenit̄ Eurialum vt dam domi suscipiat. Habitabat hic apud nouercam suam Lucretie matrem quaꝫ Lucretia sepe visitabat: & ab ea sepius visitabat. Nec enim magno interuallo distabat. Ordo ergo bis erat vt dauso in conclaui Eurialo: postq; mater ecclesiasticas aditura cerimonias exiuisset. Lucretia superueniret tanq; matrem domi conuentura: qua non inuenta reditum expectaret. Interim vero apud Eurialum esset. Post biduum statutus erat terminus: at bi dies tanq; anni visi sunt amantibus longi vt bene sperantibus bore producte male timentibus correpte. Sed non arrisit amantiū desideriis fortuna. Presensit nanq;

insidias mater: atvt dies venit egressa domũ priuignũ exclusit. Qui mox eurialo triste nunciũ tulit. Cui non minus ꝙ lucretie fuit molestuꝫ. Que postꝙ detectos agnouit dolos. Hac non succesſit inqt alia aggrediamur via. Nec potens erit mater meis obsistere voluptatibus. Pandalus viro affinis erat quem iam lucretia fecerat archanorũ scium. Nec em̃ poterat ignitus animus quiescere. Significat igit̃ eurialo bunc vt alloquat̃. quia fidus sit & cõueniendi viam possit monstrare. At eurialo non videbat̃ tutum illi se credere: quẽ menelao semp berentẽ intuebat̃ & subesse fallaciã verebat̃. Inter deliberandũ aũt iussus est eurialus romã petere atꝙ cum pontifice maximo de coronatione trãssigere. Que res tum sibi tum amice molestissima fuit. Sed oportebat cesaris imperiũ ferre. Itur ergo mora duorum mensium fit. Lucretiã interim domi manere. fenestras claudere mestas induere vestes nũꝙ exire. Mirari omnes: nec causam noscere. Seue ipse vidue videbant̃ & tanꝙ sol defecisset cũcti se putabãt in tenebris egere domestici qui eam sepe incubantẽ lectulo & nunꝙ letam videbãt egritudini imputabant & quicquid remedioꝝ afferri poterãt pquirebãt Sed nunꝙ illa vel risit vel thalamũ exire voluit: nisi postꝙ redire eurialũ & illi cesarẽ obuiam eẽ cognouit. Tunc quasi egra somno excitata. lugubri veste posita. & ornamẽtis redimita prioribus. fenestras aperuit. letabundaꝙ illum expectauit. Quamvt cesar vidit. Ne nega amplius inquit eurialе detecta res est. Nemo lucretiã te absente videre potuit. Nũc quia redisti auroram cernimus. Quis modus assit amori. tegi nunc nõ potest amor nec abscondi tussis. Iocaris mecũ vt soles cesar & me in risuꝫ ducis eurialus ait. Ego quid hoc sit non scio'. Hinnitus equorũ tuorũ & plixe barbe strepitus tue illam forsitã excitauit. Atꝙ sic effatus lucretiã furtim aspexit & oculos cõiecit in oculos. Eaꝙ post reditũ prima cõsultatio fuit Paucis deinde interiectis diebus: nisus eurialí fidus seruus comes: dum anxius amice cause fauet tabernã speculatus est: que post menelai domũ sita in lucretie camerã retrusum habebat intuitũ. Cauponẽ igit̃ sibi conciliat: spectatoꝙ loco eurialum adducit. & hac inquit ex fenestra alloquí lucretiã poteris. Media inter vtranꝙ domũ cloaca fuit nec homini nec soli accessa triũꝙ vlnarũ distantiã fenestram lucretie disterminat. Hic diu cõ sedit amator expectans si quis casus lucretiã ostenderet. nec deceptus ẽ. Affuit tandẽ lucretia cum huc atꝙ illuc respiceret. Quid agis ait eurialus vite rectrix mee: quo tendis lumina: cor meũ. Huc huc dirige oculos psidium meũ: tuus hic eurialus est. Me me assum me respice. Tu ne hic ades inquit lucretia. O mi eurialе iam te alloquí possum. vtinã & amplecti valerem. At istuc ait eurialus nõ magno conatu faciam scalã huc admouebo. Tu obsera thalamũ amoris nostris gaudia nimiũ distulim⁹. Caue mi eurialе si me vis saluam fenestra hic ad dexterã: vicinusꝙ pessim⁹ nec cauponi credendum est: quí parua pecunia & te & me pderet: sed alia inceda mus via: Satis est si huic sermoni nr̃o patet accessus respondit lucretia. At

mihi Eurialus inquit mors ẽ hec visio: ni te simul amplector meisq; brachiis teneo media. Diu ex hoc loco tractus est sermo missaq; huic p arũdinem sunt mũera. Nec Eurialus in donis q̃ lucretia liberalior fuit. Sensit dolos Sosias: secũq; frustra inquit amantũ conatib⁹ obsto. nisi astu prouideo & hera peribit & dñs infamiã subibit. Ex bis malis satius ẽ vnum auertere. Amet hera nihil nocebit si dam sit. Ipsa p̃ amore ceca est: nec qd agit prospicit. Si nõ pot custodiri pudicitia: satis est rumorem tollere. ne domus infamis fiat: neue parricidiũ cõmittat. Abibo igit & opam prebebo meã. Restiti quoad potui ne cõmitteret nephas id: quia non licuit meũ est curare vt qd̃ peius agit occultũ sit. Parũ em̃ refert nõ agere & sic agere vt nemo sciat: ꝯmune bonũ libido est. Nec homo ẽ quẽ pestis hec non agit et: & ille castior habet qui cautius agit. Dũq; sic fatur Lucretia egressam thalamo videt: aggressusq; feminã. Quidnaz est inquit q̃ nihil amoris mihi cõicas. Eurialus tibi nihil omin⁹ dilectus ẽ: & me clam amas vide cui des fidẽ. Primus sapie gradus ẽ nõ amare. Secũdus vt sic amas ne palam fiat. Sola hoc sine internũcio facere nõ potes. Quãta mihi apd te sit fides longo iam tpe didicisti. Si quid mihi cõmittere vis iube. Mihi maxima cura ẽ ne amor iste detegat: & tu penã luas & vir omniũ oblocutiones ferat. Ad bet Lucretia. Sic est vt ais Sosia inqt: & tibi magnã habeo fidẽ: sed tu visus es nescio quomodo negligens & meis aduersus desideriis. Nũc ga sponte te offers vtar obsequiis tuis: nec abs te decipi timeo. Tu scis quantũ ardeo diu ferre nõ possum hãc flammã. Iuua me vt simul eẽ possumus. Eurialus amore languet & ego morior. Nil pei⁹ est q̃ obstare cupidini nostre. Si semel inuicẽ conueniremus tempantius amabim⁹: & tectus erit amor noster. Vale igit Eurialoq; viã vnicam me accedẽdi dicito. Si abbinc quadriduo dũ rustici frumentũ afferũt vectoris personã induat opertusq; sacco triticũ per scalas in borreum ferat. Tu te scis thalamũ meũ ad scalas habere ostiũ primũ: atq; oia Eurialo dicito hic diẽ manebo & dũ erit tẽpus sola in cubili ero ipse ostiũ impellat dum solus sit ad me ingrediat. Sosias q̃uis arduũ facinus eẽt maiora veritus mala prouinciam suscepit. Eurialoq; inuento cũcta ex ordine nũciat: que ille iudicans leuia libẽter amplectit: seq; paratis accingit: nec aliud querit q̃ nimiam moram. O insensatũ pectus amãtis. O mentem cecam. O animũ audacem corq; intrepidũq;: quid est tanimiũ quod tibi nõ paruũ videat: Quid tãarduũ quod planũ non estimes: Quid tãclausum: qd̃ tibi nõ sit apertũ: Tu oẽ discrimẽ paruifacis: tu nihil difficile censes. Inanis est apud te ois custodia marito⁹. Nulle te leges tenẽt: nulli metus: nulli pudori obnoxius es. Ois labor tibi est ludus: tibi nil obstat vsq; q̃. O rerũ amor: domitor oim. Tu virũ primatẽ cesari acceptissimũ diuitiis affluentem: etate maturũ: imbutũ lris: prudentia claruz eo pducis vt polita purpura saccuz induat: vultũ foco tegat: seruus ex domino fiat: & qui nutritus in delitiis fuerat: iam humeros gestandis oneribus aptet: seq; publi-

cum baiulũ mercede locet. O rem mirandã peneq; incredibilẽ: virum ali
quãdo in consilio grauissimũ inter catheruas vectorũ cernere atq; in col
uuio illa fereq; hoim contuberniũ habuisse. Quis transformationẽ q̃rat
maiorẽ? Hoc ẽ qđ Ouidius methamorphosens vult duz fieri ex hoibus
aut bestias scribit aut lapides aut plãtas. Hoc & poetaꝝ eximius Maro
sensit dum circes amatores in terga feraꝝ verti cãtabat. Nã ista ẽ ex amo
ris flãma sic mẽs alienat̃ vt parũ a bestiis differat. linquẽs croceũ titonis
aurora. Cubile iam diẽ referebat optatũ: moxq; suũ rebus colorẽ apollo
reddẽs: expectantẽ recreat Eurialũ. q tũc se fortunatũ beatũq; censuit cũ
admixtũ se vilibus seruis nulli noscendũ vidit. Pergit igit̃ ingressusq; lu
cretie domũ: frumẽto se onerauit positoq; in horreũ tritico. vltim⁹ descẽ
dentiũ fuit atq; vt erat ꝑdoctus ostiũ maritalis thalami qđ in medio sca
larũ clausum videbat̃ impellit. seq; intro recepit & reclusis foribus. solam
Lucretiã serico intentã videt: atq; accedẽs propius. Salue mi anime inqt
salue vnicũ vite presidiũ spesq; mee. Nũc te solam offendi: nũc qđ semꝑ
optaui semotis arbitris te amplector. Nullus iã paries nulla distãtia me
is obstabit osculis. Lucretia q̃uis ordinẽ ipa dedisset primo cõgressu stu
puit: nec Eurialũ sed spiritũ se videre putabat vt que virũ tantũ ad ea pe
ricula iturũ sibi nõ suadebat. At vbi inter amplexus & oscula suũ cogno
uit Eurialũ. Tu ne es inquit paupcule? tu ne hic ades Euriale & rubore
per genas fuso cõplexa hominẽ est arcius: & media frõte dissaniata. mox
q; repetens sermonẽ. Heu quãto te ait discrimini subiecisti: quid ampli⁹
dicat̃? Iã me tibi charissimã scio. Iã tui amoris feci periculuz. Sed neq; tu
me aliã inuenies. Dii tm̃ fata secũdẽt. & amori nostro ꝓsperuz ventũ dẽt.
dũ spũs hos reget artus: preter te nemo Lucretie potẽs erit: nec maritus
quidẽ si rite maritũ appello q mihi inuite datus est. & in quẽ nũq; anim⁹
cõsensit meus. Sed age mea voluptas meũ delitiũ. Abii cito saccũ hũc te
q; mihi vt es ostẽde. Exue vectoris speciẽ: hos funes missos face: Eurialũ
me videre credito. Iam ille depositis sordibus ostro fulgebat & auro &
amoris in officiuz pronus ibat. Tum Sosias ante ostii pulsitans. Cauete
inquit amãtes nescio quid reꝝ querẽ Menelaus huc festinat: tegite furta
vestra dolisq; viruz fallite: mihi est qđ egredi putetis. Tum Lucretia lati
bulum inqt paruũ substrato est. illic preciose res sunt. Scis tibi quid scri
pserim: si te mecũ existente vir aduentaret ingredere huc: tutus hic tene
bris es: neq; te moueris neq; screatum dederis. Anceps quid agat Euria
lus mulieris imperium subit. Illa foribus patefactis ad sericũ redit. Tum
Menelaus & vna bertus assunt: cyrographa nonnulla ad rempublicã ꝑti
nẽtia quesituri. Que postq̃ nullis inuẽta sunt scriniis. In latibulo nr̃o in
quit Menelaus forsitan erũt Lucretia lumẽq; affer: huc intus querenduz
est. His exterritus Eurialus viribus exanguis fit. Iãq; odisse Lucretiam
incipit atq; intra se. Heu me fatuũ inqt. Quis me huc venire cõpulit: nisi
leuitas mea? Nũc deprehẽsus sum: nũc infamis fio: nũc cesaris gr̃am ꝑdo

quid grām: vtinā mihi vitā supsit. Quis me hinc viuū eripiet: Emori certum est. O me vanū & stultoꝝ oim stultissimū. In hāc snīam volēs cecidi. Quid hec amoris gaudia si tāti emunt: Breuis illa voluptas est doloris longissimi. O si nos hec ꝓ regno celoꝝ subiremus. Mira ē hoim insscitia. Labores breues nolumus ꝓ lōgissimis tolerare gaudiis. Amoris causa cuius letitia fumo compari pōt. infinitis nos oblectamus angustiis. Ecce meipm iā ego exemplū: iam fabula oim ero: nec quis exitus pateat scio. Hinc si me deoruꝫ traxerit auxilitū: nusq̄ me rursus amor illaqueabit. O deus eripe me hinc: parce iuuētuti mee: noli meas metiri ignorantias reserua mē vt borū delictoꝝ penitentiā agam: nō me amauit Lucretia: sed quasi ceruum in casses voluit deprebēdere. Ecce venit dies meus: nemo me adiuuare pōt nisi tu deus meus. Audieram ego sepe mulierū fallacias: nec declinare sciui. At si nūc euasero nulla me vnq̄ mulieris tegna deludet. Sed nec Lucretia minoribus vrgebatur molestiis: que non solum sui: sed amantis quoq̄ saluti timebit. At vt est in periculis subitaneis mulierum q̄ virorum promptius ingeniū: excogitato remedio. Age inqt vir. Cistella illic super fenestra ē vbi te memini monimēta nōnulla recondisse: videamus an illic cyrographa sint recluſa: subitoq̄ decurrens tanq̄ vellet apire cistellaꝫ. latenter illā deorsum depulit & quasi casu cecidisset. Procb mi vir ait adesto ne quid damni sentiamus cistella ex fenestra cecidit: perge ocius ne iocalia vel scripture disperiant. Ite ite ambo qd statis: Ego hic ne quis furtum faciat oculis obseruabo. Video audaciam mulieris: nūc & feminis credito. Nemo tam oculatus est vt falli nō possit. Is dumtaxat non fuit illusus quem coniunx fallere nō temptauit. Plus fortuna q̄ ingenio sum⁹ felices. Motus hoc facto Menelaus bertusq̄ vna repente in viculum se precipitant. Domus etrusco more altior fuit multiq̄ gradus descendendi erant: hinc datum est Eurialo spaciū mutādi locum qui ex monitu Lucretie in nouas latebras se recepit. Illi collectis iocalibus atq̄ scripturis quia cyrographa quibus opus erant non repererant: ad scrinia iuxta que latuerat Eurialus transeunt: ibiq̄ voti compotes facti. Consalutata Lucretia recesserunt. Illa obducto foribus pessulo. Exi mi Euriale. Exi mi anime inquit: veni gaudiorum sume meorum: veni foras delectationum mearum scaturigo: leticie fauum mellis: veni dulcedo incomparabilis mea. Iam tuta sunt omnia: iam nostris sermonibus libere campus patet. Iam locus est amplexibus tutus. Aduersari oculis nostris fortuna voluit: sed aspiciunt dii nostrum amorem: nec tamfidos amantes deserere voluerunt. Veni iam meas in vlnas: nihil est qđ amplius vereare: meum lilium: rosarumq̄ cumulus. Quid stas: quid times: tua hic sum Lucretia. Quid cunctaris: Lucretiam amplexari. Eurialus vix tandem formidine posita sesecq̄ recepit. Complexusq̄ mulierem. Nunq̄ me inquit tantus inuasit timor: sed dignatu es cuius causa tanta gerantur. Nec istec oscula & tādulces amplexus obueire cupiam

gratis debent. Nec ego vt verũ fateor satis emi tantũ bonũ. Si post mortem rursus viuere possem tecꝫ ꝑfrui: emori milies vellẽ: si hoc precio tui possent amplexus coemi. O mea felicitas. O mea btitudo: visum video an ita est: teneo te an somnis illudor vanis: tu certe hic es ego te habeo. Erat Lucretia leni vestita palla: que mẽbris absqꝫ ruga herebat: nec vl' pectus vel clunes mentiebat̃ vt erãt arctus sic se ostentabãt: gule candor niuale: oculoꝝ lumẽ tanq̃ꝫ solis iubar: intuit⁹ let⁹ facies alacris gene sicuti lilia purpureis admixta rosis: risus in ore suauis atqꝫ modestus pectus amplum. papille quasi duo punica poma ex vtroqꝫ latere tumescebãt: pruritumqꝫ palpitãtes mouebãt. Nõ potuit Eurialus vltra stimulũ cohibere: sed oblitus timoris: modestiã q̃ꝫ abs sese repulit. aggressusqꝫ feminã. iam inquit fructũ sumam⁹ amoris: rẽqꝫ verbis iũgebat. Obstabat mulier curãqꝫ sibi honestat⁹ & fame fore dicebat nec aliud ei⁹ amore q̃ꝫ verba & oscula poscere. Ad q̃ subridẽs Eurialus. Aut scitũ est inqt me huc venisse aut nescitũ. Si scitũ nemo ẽ qui cetera nõ suspicet̃: & stultũ est infamiã sine re subire. Si nescitũ & hoc q̃ꝫ sciet nullus. hoc pignus amoris ẽ: emorior prius q̃ꝫ careã. Ach scelus est inqt Lucretia. Scelus ẽ inqt Eurialus bonis nõ vti cũ possis: an ego occasionẽ mihi cõcessaꝫ tã q̃sitã tã optatã amitterẽ. Acceptaqꝫ mulieris veste pugnãtẽ feiam q̃ vincere nolebat abs negocio vicit. nec veneris hec sacietate vt Amoni cognita Thamar pepit: sꝫ maiorẽ sitim excitauit amoris: Memor tñ discrimis Eurialus postq̃ꝫ vini cibiqꝫ paulisp hausit: repugnãte Lucretia recessit. Nec sinistre quispiã suspicat⁹ est nisi ꝙ vn⁹ ex baiulis putabat̃. Admirabat̃ seip̃m Eurial⁹ dũ viam pergeret. Secũqꝫ. O si nũc inqt obuiũ mihi se daret cesar meqꝫ agnosceret q̃ꝫ illi habit⁹ hic suspitionez faceret: q̃ꝫ me rideret: fabula oibus eem: & illi iocus nunq̃ꝫ me missum faceret donec sciret qd sibi hec rustica vestis vellet. Sꝫ fingerẽ nõ hãc sꝫ aliã me dicerẽ adisse matronã. nã & ip̃e hãc amat nec ex vsu ẽ meũ sibi amorẽ patere. Lucreiam ꝓderẽ q̃ me suscepi tieruauitqꝫ. Dũ sic loqt̃ visum Achaten polinurũ cernit: eosqꝫ p̃it. nec prius abbis cognit⁹ ẽ q̃ꝫ domi fuit vbi positis saccis p̃testa sumpta reꝝ pãdit euentum. Dũ qs timor & qđ gaudiũ intercessit mẽoriter scꝫ narrat: nũc timẽti silis nũc exultãti fit. Interueniẽdũ aũt heu me stultũ inqt feie comisi caput nõ sic me pr̃ admonuit dũ me nulli⁹ feie fideꝫ seq debere dicebat. Ille feiam aial dicebat eẽ indomitũ: infidũ: mutabile; crudele: mille passiõib⁹ deditũ. Ego p̃rne imemor discipline vitã meã muliercule tradidi. Quid si me frumẽto oneratũ aliqs ꝯgnouissꝫ: qđ dedec⁹ q̃nã ifamia m̃ & meis posteris euenisset? Alienũ me cesar fecisset tanq̃ꝫ leuem & insanũ. potuisset hec cõtemnere. Quid aũt si me vir dũ scrinia versabat latentẽ inuenisset? Seua ẽ lex iulia mechis. Exigit tñ dolor mariti maiores penas q̃ꝫ lex vlla concesserit. Necat hec ferro. necat ille cruentis verberibus quosdaꝫ mechos & mugilis intrat. Sed putemus virum pepercisse vite mee. Nũ me in vinculis coniecisset. aut infamẽ cesari tradidisset. Dicamus & illius

Plendido & magnifico viro dño Caspari schlick impiali cancellario. Eneas eps tergestinus S.p.d. Cogor sequi regeꝫ quocũq̃ ierit dum me poscit. Si manũ retrahit longe fugiendũ est. Ago tibi gratias idoneũ qui fuge equũ ministrasti. Tua sunt innumerabilia in me beneficia. Expectare vicem ex me non debes qui vix possem numerare quot me beneficiis cumulasti. beneficia ante premiata sunt q̃ exhibita. In animo quisq̃ suo benefactor premium tulit. Quecunq̃ possidemus viuentes: heres nobis morientibus vel inuitis aufert: sola fugiunt heredis manus auariq̃ amico dispensant̃ animo. Reclusus in archa thezauros fures expilãt: predia latronibus patent. Nihil tam rigide seruari põt quod fortune non subiaceat. Extra fortunã est quicquid donat̃ amicis. quas dederis solas semꝑ habebis opes Sic Marcialis ait. Tua munificentia digna est laudũ p̃coniis sempiternis ignorant te tꝑa nostra. Sic est inuidia: viuẽtes vrit: calcat exterminat. Rari viuentes laudati sunt. Recte noster Oratius virtutẽ incolumẽ odimus sublatam ex oculis querimus inuidi. Sed viue tu diu inuitis emulis: laudabere viuẽs. Et si tacuerint alii: nostra loquax non tacebit musa. Inuidia cessabunt fata. Non semꝑ glacies geticis horret in agris. Nec semꝑ mare vexant in equales procelle. Iam diffugere niues: iam campis [illegible]ramina redeunt & arboribus come crescunt: mutant om̃ia vices q̃ sub lu[illegible]nt: Nec felicia nec aduersa sunt ĩmortalia: pruine succedit ver. Pomife[illegible]tatem sequit̃ autũnus. Q̃uis beatus es teipso & tua virtute contẽtus: speramus tamen beatiorẽ te cernere: soli & stellis acceptiorẽ. Vincet inuidiã virtus ꝑpauci imo nulli sunt tui similes. Inhonoratã esse oportet curiam nisi tu quoq̃ honoreris. Mittimus ista modo Laurẽtius meus ex tergesto reuersus. Ait se in foro iulii rumorẽ excepisse. Iam mediolani potitũ esse Frãciscum fortiani. Venetiis esse oratores galliarũ & magni presbyteri legatos. In regem aragonum cuditur faba. Post Laurentiũ alius venit ab italia qui mediolani nouitatẽ cõfirmat. Nescio credere priusq̃ nostros audio nuncios. Timeo tamẽ & dari nostris verba. Comiti facta su-

ſpicor. Sic ſunt hominũ ingenia ꝓpinquioribus fauent̃ preſentia pericu
la formidant̃. Auxilia longinqua parũ habent ſpei. Rex noſter hinc abi-
turus cras exiſtimat̃: nouamq3 ciuitat̃ repetitur? : & inde poſt triduum
ingreſſurus ſtiriam. fauſtum ſit illi precor iter. Cõmendo rẽ meam veſtre
magnificẽtie: tuiſq3 me preſidiis fauoribuſq3 cõmitto. Fuit hic magiſter
bubarũ ne dicam nugarũ: verba ſecum nulla feci: nec ipſe mihi mutuꝫ an-
nuit. Noui nihil actum eſſe ſic ſilentiũ iudicauit. Vale optime. Certumq3
me tuarum reddito operarum. Ex balneis auſtrie .xv. Kalendas Marcii
Anno ꝛc̃.

Aſſentit precibus & ſpondet efficere rogatũ. EPIS. CXXII

Illuſtriſſimo principi dño Sigiſmundo duci auſtrie domino ſuo
i Eneas ſilui? poeta. S.p.d. Effl agitaſti modeſte a me pridie tibi vt
amatoriã alicuius epl'am mittere: qua ſuadere poſſes virgini quã
diligis vt amare te ſineret. Alius fortaſſe tibi hoc negaſſet timens ne pla
bereris. Ego annuendũ duxi. Scio nanq3 humane vite cõditionẽ. Nam
qui non amat in adoleſcẽtia in ſenio poſtmodum amat quo tẽpore deri-
ſui eſt & vulgi fit fabula: quoniã etas illa amori inepta eſt. Noſco ꝓterea
amoris conſuetudinẽ qui in iuuene torpentes virtutes excitat. Hunc in
armis exercet illum in liris. Et ſtudet quiſq3 id agere ꝓpter qđ amice pla-
ceat. Et quia virtutes nomẽ bonũ faciunt: virtute dat operã qui amat: vt
ante puelle faciem laudet̃. Et quãq3 hoc ineptũ virtutis premiũ ſit. ꝓba-
bile tamẽ eſt quacunq3 ratione virtutes adipiſcaris. Adoleſcẽtes inſuper
non ſunt nimiũ cohibendi ne languidi & inertes fiant: ꝓmittenduſq3 bis
eſt aliquis ludus: indulgendũ eſt aliquãtiſper voluptati eorũ vt animum
& cor ſumant vt ſciant bonũ & malum. vt verſutias mũdi noſcant: illaſq3
cum viri facti fuerint euitare ſciant. Hac de cauſa geſſi morem voluntati
tue & optatã epl'am hac conditione tibi tranſmitto: vt amãs nõ negligas
ſtudia lr̃arum. Sed quẽadmodũ apes ex floribus mella decerpũt: ſic tu ex
amoris blandiciis virtutem veneris. Vale,

Epiſtola plus audet viue vocis oraculo referre mentis conceptum de
pulcra puella. EPISTOLA CXXIII

Anibal dux numidie. S.p.d. & ſeipſum dat ſingulari domine ſue
b inſigni & formoſiſſime virgini Lucretie regis epirotbarum filie.
Volui te ſepius alloqui amoremq3 meuꝫ tibi notum efficere: ſed
etas mea nimis adhuc verecũda eſt. que non patit̃. quod intra me ſentio
foras exire ꝗprimũ incipio loqui mox rubor adeſt: timor impedit & me
diis vox in faucibus heret: nec cogitata poſſuꝫ effari. Timeo modeſtiam
tuam ne me arguat. Vereor aſtãtes ne me derideãt. Horreſco meip̃m ne
balbuciens fiam. Hac de re quod ſtatuerã dicere decreui litteris cõmitte-
re. Quia epiſtola non erubeſcit: non ſuſpirat nõ timet quemq3. Forſitan
arduum aliquid & pdifficile poſtulaturũ me putas: parum eſt quod volo
hoc ſi mihi cõceſſeris multũ exiſtimabo. Ego eñ modeſtiſſima virgo ſa-

teor me tui amantem esse captũq; tui vultus splendore: nec aliud die noctuq; cogito q̃ te: tu mihi semp es in mẽte te in corde & in anio gero: tu meum desideriũ es: tu spes mea: tu quies: tu refrigerium. Cum te video quiescit animus meus & se oblectat: at cũ abes ne te cernere possim: magnis vrgeor stimulis. nec aliud meditor nisi vt q̃primuz te reuisam: boc multiplici causa factum est. Nam & forma & honestas in te cõcurrũt. Laudãt belenã poete. At ego illã nõ existimo tibi fuisse simile. Nec polixenã tibi comparauerim. aut eam quã dilexit: hercules deianirã: tu oms vincis & pulcritudine & moribus quasi altera pbilomena. A calce vsq; ad verticem nulla est in te menda. Crines tui splendorẽ auri supant. Frons alta & spacioſa ẽ. Supcilia in arcum tensa debitis spaciis distinguunt. Oculi tui tanq; duo emicant sydera. inde sagittas emittis & vulneras iuuenes: binc quos vis occidis & quos vis viuificas. Nasus suis cõueniens partib? faciem mirifice honestat. Genas candore niuio resperſas modestus rubor intersecat. Quid labia corallina & cristallinas referam dentes & oms oris tui partes vnde melliflua manant verba: binc risus ille progredit qui me sepe ad intima penetrat. O virum felicem. qui labia illa mordebit: qui tales osculabit genas qui mentũ tuum & candidiorẽ sitbica niue gulã tuaz poterit tangere. Nolo pectoris tui & illorũ pomorũ que ibi latet mẽtionem efficere: ne referẽs nimis ardeam. Tu te scis q̃ intra & extra formosa es. Ego mirari magis q̃ digne cõmẽdare te possim. Hoc tm̃ quia mores tui regio fastigio digni. & forma plus q̃ dici possit honesta: ex duce me seruũ tuum fecerunt Tuus em̃ sum nibilq; magis cupio q̃ rem gratã tibi efficere. Nec miror. Nam & phebus (vt inquiũt fabule) lz esset iouis regis crete (quẽ vetustas p deo coluit) filius. Admeti tñ regis filiã amans. pastorẽ se fecit & gregem pauit. Ego igit libens seruio tibi: nec aliud a te postulo: nisi vt amare me sinas: & anio equo feras. si mei dicaris amatu. boc est quod volo peto exigo nil postulo plus. Fer tuus vt amator dicar Nam & amator ero & seruus tu modo annuas. Confitere dignã te fore quã meliores q̃ ego sum amẽt. Esset vix paris aut ypolitus dignus amore tuo. Tu tamen noli querere formam. Nam & qui pulcri sunt: superbi etiam sunt: nec stabilem habent amorem. In me erit amor ppetuus: q natus in adolescentie mee flore cum etate crescens ad seniũ pduceẽ dũmodo tu mihi faueas & me adiuues quem tamẽ non debes despicere. Nam & mihi non negauit deus mediocrẽ formam. Sunt mihi preterea opes multe que omnes erunt tue si vicem amoris rependeris. Ach quid dixi nimiũ errauí. non vt amas peto sed vt amare sinas: boc si tua ex gratia impetrauero beatus sum. Tu quid factura sis rescribe. Et vale animalia mea delicie mee corculum meum.

Redarguit cõsanguineũ auxiliũ a se petentẽ. EPIS. CXXIIII

Enceslaus regie cancellarie scribe. S. p. d. Iobãni de buchau fratri v dariſſimo. Pulsas me crebris litteris vt bospiti tuo panem soluã

quem comediſti quaſi tuus cibus mea pinguedo ſit. At ego nō inebrior vino quod bibis nec me tua pulmentaria iuuant. Tu da pecuniā quia cō ſumpſiſti cibaria. Ego meū aurum cur dem. quia vix tantū ſcribendo acq ro quantū ſufficit. Tbagus biſpaniā ꝑterfluit: pactolus aſiā: qui duo fluuii barenas dicunt aureas habere: hunc tibi eundū eſt ſi aurū petis. Cancellaria regia inops eſt vixq; ſuos aſcripticios nutrit. Ego plus tibi feci q̄ deberem: quia veſtem quā emerā nouam dedi vt te ab boſpite quaſi captiuum redimerē. Martinus quē pannonia genuit: italia nutriuit gallia paſtorē habuit. & oīs xp̄iana veneraī religio. nudo pauperi mediū paludamentū prebuit. Ego ſolidā dedi pallam. Nunc quereris non ſatis eē banc: quid ad me tu videris. Quod potui boc feci niſi ſufficit: querere alī unde quod ſufficiat. Vir maturus es etate longeuus: non tibi bonori eſt alienū ſubſidium q̄rere cum poſſis ex tuo officio viuere quod ſi tenue eſt quid ad me. Proximus ſum egomet mibi: ego mibi ꝓuidebo non curo quid boſpes dicat. Veſtem ſibi non me dedi: vtatur vt libet ſi ſatis eſt babeat q̄d ſuum eſt. Si minus in te actio eſt. Me ſatis eſt veſtem amiſiſſe. Nibil ad me vxoris Iob ẏba nibil maledictio. Nemo ledit niſi a ſeipſo. Cupiat mibi mala quicunq; vult niſi opa faciam malo digna: inanū maledicitur mibi. Ego te rogo & alios oīs mei ſanguinis bomines. me vt iam miſſum faciatis: quia non ſum in ſpem natus oībus qui vix mibi ſum ſatis. Viuite vos vt poteſtis & me nunq; fuiſſe natuz credite. Cogitate oēs quomodo lucrifacere aiam poſſitis. Id quoq; id curabo. Reliquavana caduca nulla ſunt. Hodie ſumus cras nō erimus. Ideo edificemus illic vbi neq; tinea neq; erugo eſt vbi nec fur nocet neq; latro. Illuc meus fertur cogitatus. Illic vt me queras volo & vtinā inuenias. De libris aliiſq; rebus tuis fac q̄d iuſti eſt. & aliquādo cogita ſine me poſſe viuere. qui poſſum ſtatim mori & multum viuere. ſed oīa in manu dei ſunt: ideo illi ſeruiendum eſt. Tu vale & deſine me amplius laceſcere iniuriis. Datum vuiēne.

Captat beniuolentiam & petit ſibi aliquos libros accommodari.

EPISTOLA CXXV

Neas ſiluius poeta impia liſq; ſecretarius. Magnifico & generoſo domino dño Heinrico comiti de lupfen dño ſuo. S.p.d. In ſcriptis veterū tria inuenio que noſtri partim negligūt. partim aſſequi non valent. Elegantiā em̄ & grauitatem ſentētiarum quibus vetuſti codices redolent. nequeūt noſtri ſeculi bomines imitari. q̄d vſitatiſſimū euo priori fuit. Allocutiōes ſingulares enūciare: & ſi in epiſtolaz capite ponere poſſent noſtri. Sed ſupina q̄dam ignorantia decepti. Dum blandiri volunt. oēm oīonis textum cōfundūt Vos precor inquiūt: vobis ſupplico ceſar veſtram maieſtatē appello. veſtrum officium imploro veſtraz dementiā obteſtor. reddite iudiciū inopi iudicate potentē meam calamitatē inſpicite: nemo vos magis q̄ iuſticia mouet ceſar. Et in būc modum infinita. Hoc & mibi facere liceret: ſed veterem morem magis cōmendo. Et cum ſummos illos imitari ſapientes

in eloquētie atq; philosophie studiis nequeam. In hac certe parte ipsoꝝ vestigiis inherebo. Ideo te q̄uis claro sanguine cretus & multa doctrina sis fretus singulari appellatione saluto. Et sicut Iulio cesari scribens Cicero se anteponebat: sic & tu equo animo feres Eneam tuuꝫ in ipso primo epl'e angulo intueri quia non arrogātis est sed veteres imitantis: quorū ignorantiā modernorū sciētie prefero. Nunc quid ex te velim paucis accipere. Retulit mihi vir mitis & mihi amicissim⁹: imo alter ego. Michael de pfullendorff notarius impialis te pluribus libris abundare. quorū nomina etiam mihi p̄scripsit. Inter illos nōnulli sunt quos visere cupio non ꝙ antea nō ꝑlegerim: sed ꝙ diu illis carui. Et sicut amicus post magnam tp̄is intercapedinē auidus est amici videndi: sic mihi cupiditas est contubernales illos meos quibus nimiū priuatus fui: in domū recipe & p aliquod tp̄s eē cum eis. Hoc pōt mihi p̄stare humanitas tua vt me Michael instruxit. Est em̄ apud te Ouidius de tristibus de arte amandi & amoris remedio. Therētius q̄q; Comicus & Hieronym⁹ in epl'is quos tam expeto relegere q̄ nunc pascalem adesse diem. vt piscibus atq; oleribus & oleo semotis: vesci carnibus possim qd̄ desideriū si tua benignitas impleret: magno me tibi nexu retinebis obnoxium. Erubesco dum sic scribo. Nanq; cum nulla inter nos vsura p̄cesserit nullaq; notio: temerariū quodāmodo videt̄ me beneficiū ex te petere. Quisquis em̄ poscere aliqd cupit ante om̄ia se se debet metiri & an impetratu sit dignus rigida trutinare censura: ne postulatis carēs & dāno & irrisione mulctet̄. Sed neq; ego hoc pretermisi. Sunt em̄ nōnulle rōnes que mihi spem faciunt te meis votis annuiturū: quas breuiter tibi exponā ne me temere atq; incōsulte motum iudices. Om̄s qui libros cumulāt aut oblectari illis & fieri legendo peritiores cupiunt. Aut videre amatores sapientie volunt vt trāseuntes p viā digitulis mōstrent̄. Hi sunt q magnas & p̄ciosas hn̄t bibliothecas. In quoꝝ plateis Arestoteles. Plato. Cicero. Seneca Virgilius. Liuius. & oīs vetustas delitescit. Priores quidē vt gaudiū p̄fectū habeāt: opuscula cōmunicāt: cōmodant & in cōmodatū recipiūt: transcribi p̄mittunt. & tātomagis exultant quāto vulgaciora sapientū virorū volumina cōspicantur. Alii v̄o tanq̄ thezaurum libros recondūt & corrodi potius tinea & opizis muribus ferunt q̄ in apertū dari velint. Nec tam diligēter vellus aureum draco custodiebat. aut aditū orci cerber⁹ q̄ isti suos libros: quoꝝ dumtaxat marginibus & aureis oblectant̄: nunq̄ quid interius sit aut legentes aut intelligentes. Qꝫ si tu ex his esses nunq̄ vel tibi scribere vel te alloqui tēptassem. Sed aiūt om̄s qui te norunt: similē priorib⁹ esse q poetas & oratores non vt in tetro carcere claudas. sed vt ad tuam & cōmunē vtilitatē publices emere cōgregareq; studeas. Aiunt preterea te fore in omnibus rebus liberalem: benignū: munificum: & tum in om̄s homies. tum in eos qui tuorū studeorū amatores sunt largum atq; beneficū. His ergo allectus morib⁹ decreui has meas litteras ad te dare teq; hortari ro

gare obſecrariq; vt p aliquod tēpus in vſum meū oratores & poetas q̄s
preſcripſi venire pmittas: q̄m ad te nihilo peiores reuertent: ſed potius
p ridentia prata & floridos agros verni tpe tranſeuntes mecū poſtq; cō-
fabulati aliquātiſp fuerit: tanq; recreati alacriores te repetēt. Quia nullus
eſt tā gratus locus: nulla ſocietas tā iocūda: cuius non aliq̄n emergat ſatie
tas. Miſſos igit illos fac vt nō ſolū mihi ſed vt ipſis etiā geras morē. Ad
hec accedit Michaelis q̄ apud te eſt familiaritas: huic etiaz placebis. Et is
vadem cū dño vuilhelmo racz ꝓtbonotario regio & tui obſeruātiſſimo
ſe dabit. libros nō iturus eſſe ſiniſtrorſum: ſed a te pura fide remeaturos.
Addo & tertiū q̄m mihi etiā libri ſunt q̄rū te potero cū voles pticipē face
re & ſic viciſſim tumeis vteris opuſcul' & ego pfruar tuis. Vt g finē epla
donē. Credo me nō eē ſtulta petitiōe vſū. ſi id poſtulo qđ moribꝰ tuis eſt
cōſentaneū cōcedere. Si tute nī potes annuere: ſi tua etiā in eo verſat vti
litas: ſi nō ſolū mea ſz etiā Michael' amātiſſimi tui cōmoditatē ꝓmoueo.
Tu fac vt rōne potiꝰ obtineā q̄ ceca fortuna repellar: mihiq; vti mācipio
impera. Datū in nouaciuitate auſtrie qnto idus aprilis. Anno. M. cccxl.

Heraldorū nomē & officiū vnde exortū ſit. EPIS. CXXVI

Neas dei gīa epūs ſeneñ. dño Iobāni binderbach ſecretario regio
e & amātiſſimo fratri. S. p. d. Querē multi ſolēt vnde ſit heraldorū
nomen exortū Quis heraldos primos inſtituit: & quid officii ge
nus hoc hoim inter mortales habeat. Que res mihi quoq; aliq̄n fuerunt
dubie. Sed cupiēti plurima noſſe vt eſt humanū ingeniū. q̄rentiq; certior
fieri. apud angliam que olim britania dicebaē. in ſacrario nobilis edis ſan
cti Pauli lundonienſ. vetus biſtoria in manus venit. añ annos ſexcentos
vt ſignatū erat conſcripta q̄ ſi vera eſt & mee pōt & aliorū ſatiſſacere cupi
ditati. In ea quid inuenerim tibi ſcribere decreui vt acri tuo iudicio cum
viro primario & doctiſſimo domino Vlrico de monte ſolis quid tenen
dum ſit cenſeas mihiq; reſcribas. Aut hyſtorie tutbides grecus annotatꝰ
erat: quē fama celebrē darumq; nouimus: trāſlatoris nomen nullum in
ueni. Conſtat tn peritum fuiſſe qui magnū illum & facundiſſimū autorē
latine lingue non minorē q̄ grecus eſt reddidit. Non teneo verba hyſto
rie vt erant contexta. Sententie memini in ea ad hunc fere tenorē ſcriptum
erat: Heraldi ſunt qui apud maiores noſtros heroes vocitabant: quos
maiores boibus: diis minores fuiſſe tradunt. Nam que priſti rebus ge
ſtis inſignē videbant gratū populis virtute ſublimē in deorū cetu collige
bant. Si modo miracula extabant quibus eam ſupra naturā aliquid ope
ratum fuiſſe conſtaret. At ſi miraculi nihil eratvirtus tamē admirabilis vi
debatur: būc neq; deum neq; hominē compellare phas putabāt. ſed me
dium inter vtrunq; ſortiti vocabulum heroem vocabant quaſi ſemideū;
ſic heroes introducti a quibus corrupto vocabulo heraldi ſunt appellati
Illos aūt inſtituit primus omniū Dyoniſius qui etiam primus armatus
& cum exercitu inuaſit indiam ac rudes illos & agreſtes homines corti-

ctibus arborum & crudis ferarum carnibus vtētes in vrbes legit: boues aratro iungere: frumenta serere: deos colere: nutrire comam: mitrā ferre & vnctiones docuit vngentorū. Fuitq; bis dator vini sicut & grecis: armauit eos armis marcialibus & ad vsum vite cultioris erexit. Quibus cō positis cum vellet abire atq; alias lustrare regiones fuerunt complures in eius comitatu qui iam senio confecti & assiduis attriti laboribus neq; re manere volebant sine rege neq; sequi ducem volebant. Recessumq; prin cipem lacrimis & fletibus obsecrabant vt sui misereret. Ad quos liber pa ter. ponite curas inquit cōmilitones fratresq; mei diu pugnastis diu me secuti estis. ego alia ex aliis in fata vocor: vobis iam parata quies & hinc premia laboris vos manent. Sistite hic & vrbem hanc terrā quam vestri mihi lacerti quesiuerunt possidete. Ego vos hodie militie laboribus ab soluo. veteranes milites esse volo beroasq; vocari. Munus vestrum erit reipublice consulere fontes arguere: laudare probos: ceteris muneribus vacabitis: quocunq; gentium terrarumq; veneritis. victum vobis reges vestitumq; dabunt: bonoratiores apud omnes eritis. Xenia vobis prin cipes offerent. suasq; vestes cōdonabunt. Stabit fides dicto vestro: men datia borrebitis: proditores indicabitis. qui feminas male habent os in fames asseuerabitis. In omi terra libertas vobis esto: securusq; vobis trā situs & incolatus. Si quis vos vestrūq; verbo factione angariauerit quē piam gladio feriet. Ceterum ex amicis meis bachosissimū. Spartebam vobis regem indisq; constituo. qui vobis alimenta prebeat & annuas sti pes. Qui custodiat priuilegia vestra: & bonoratos vos habeat ex grege vestro ad regni fastigium euocatus: vos illi consulite & posteris. Cuius si genus defuerit ex vobis vestrisq; liberis reges indorū finito. Atq; sic ad hortatus beroas Dionysius ex india duxit exercitum. Spartēbas autē re gnauit sup indos quinqginta & duos annos. Budāq; filiū successorē reli quit qui cū regnasset annos viginti instituto filio cradenavitā finiuit. Ac post eū p duodecim generatiōes beroū soboles vsq; ad berculē reguit in india. Hercules āt cū domitis terra; mōstris ac seuicia tyrānoq; deleta pe netrasset. Indiā regnū beroū in se recepit. Priuilegia tn bis nō ademit: sz auxit eoq; numerū cōscriptis inter eos qui secū ad hispania & mauritania militauerāt: & cōtra gerionē triplicis aie & anteū terre filiū arma tulerant longis itineribus & senecta etate defunctis. Sed cum venisset ad mortē multosq; filios hret. (Multis em mulierib⁹ mrimonio iūctus fuit) vnicā aūt filiā sustulisset pandeā noie huic regnū cōmisit. Et vt ostēderet beroas q̄nti faceret p ceteris liberis vnū ex nūero beroū noie iobarē virū filie de dit. qui regē gereret quingētosq; huic elephātes q̄ttuor milia equitū & centū triginta milia peditū cōstituit qbus regnū tueret. Ex hoc nat⁹ē po limbotras a q̄ dicta est vrbs maxia polimbotra. Cui⁹ posterioritas vsq; ad alexādrū magnū p centū & triginta octo reges indiā gubernauit. Ex qui bus ortus ē port⁹: cui⁹ virtutē mirat⁹ ē alexāder at; adeo dilexit vt victor

victo regnũ dignitatẽq; restituerit. Tum quoq; Alexander ex suis mili-
tibus heroas legit senes quingẽtos. longa & laboriosa nimis militia cõ-
tritos. q̊s porro cõmendauit. quibus singulis annis in singula capita vi-
ginti argẽti talẽta daret: adiecitq; prinilegiis heroũ vt auro & purpureis
coccineisq; vestib⁹ & paludamẽto vti possent. quin & arma regia & insi-
gne deferre q̊uis gentiũ terrarũq; loco fuerint. Si qs hos manu pulsasset
aut verbo lesisset. eum capitis reũ eẽ bonaq; sua fisco deberi. Sic tutbides
vt ille refert qui trãstulit q sil̃ia herodotũ & didimũ & magastenẽ & xene
fontẽ sentire ꝯtẽdit. Additq; demũ ex ꝑsona sua auctor ignot⁹. Habem⁹
igit̃ heraldoꝝ nomẽ idẽ significare qđ apud veteres heroũ significabat.
Dyonisiũq; primũ hoc gen⁹ hoim apđ indos instituisse. Officiũ eoꝝ esse
vt regib⁹ assistant vt ꝯsolãt reipublice vt virtutes extollãt vicia fulminẽt.
Nec aliud sunt q̃ milites veterani q post multa egregia facinora multaq;
bella mirifice confecta & amplissimos triũphos exhausisti viribus fessiq;
senio a labore militari remittunt̃ & in curiã cõsulturi accersunt̃. Traditu3
quoq; apud maiores est hmõi hoies semp honoratos fuisse actum saulis
tum Dauidis tu3 Salomonis tũ ceterorũ regũ hebreoꝝ latera cõstipasse.
quin & inter machabeos hec dignitas locũ obtinuit. Legim⁹ & Iuliũ ce-
sarem cũ victo pompeio in egyptũ ꝑrexisset hoc noĩe & hoc honore ple-
rosq; suos cõmilitiones donauisse q secũ & in gallia & in britania & ĩ ger
mania & ĩ grecia: forti pectore militauerãt. iãq; torpẽte senecta lãguebãt
Nec Octauian⁹ August⁹ hoc ꝑclarissimũ gen⁹ hoim neglexit: q supato
apđ acciũ Marco Anchonio extincta cleopatra. cũ parthoꝝ supbia timo
re posito veniã postulasset: ablatoq; Marco Crasso cũ ꝑcios̃ muneribꝰ si-
gna remisisset. tũ reges indoꝝ ad famã tãti noĩs moti vsq; ad hispaniã le-
gatos misissent. ac vltro parere se romano impatori obtulissent. Cũ sub-
merso cãtabro terra mariq; patẽ roman⁹ ppl's hr̃et: clausissetq; denuo ia3
portas hmõi: fert̃ legẽ tulisse. Om̃s idcirco mortales exercere se solent &
obiectare ꝑiculis & aliq̃n pace frui quiete possint. Nec labor est vllus qui
premia non expectet. Eapropter maiores nr̃i militibus qui bñ pugnauis
sent: non solum stipẽdia q̃bus se suãq; possent nutrire familiam: sed hono
res amplissimos ꝯstituerũt vt coronas: armillas: hastas: & alia virtutis in-
signia q̃si solamẽ & premiũ laboris exacti. Sil̃r & nos facere decet q diis
fauẽtibus & magna virtute militũ rẽ romanã restituim⁹ & altã pacẽ toto
reformauim⁹ orbe ne milites q longa & durissima nobiscũ bella pegerũt
ac plurimũ sanguinis tũ sui tũ hostiũ effuderũt sine mercede tãti laboris
euadant. Quisq; g̊ ꝑ decenniũ nobiscũ militaueris. Si mõ q̃dragenarius
fueris siue pedes siue eques stipẽdia merueris. militia post hac & om̃i la-
bore vocato heroes esto veteranusq; miles. Nemo te ciuitate foro tẽplo
hospicio domo prohibeat. Nemo tibi crimen ascribat. onus imponat.
pecuniã ex te querat. Si quid peccaueris solam cesaris vindictam expe-
ctato. Quicq̃d turpitudinis admiserit hoies: te iudicẽ ꝓpalatorẽq; time-

ant seu priuati seu principes fuerint. Quod dixeris affirmaueriscꝫ. nemo
falsum arguat. Libera & apta tibi oia itinera locacꝫ sunto. In edibus prin
cipantū mensa tibi potuscꝫ esto. Stipendia quibus te tuācꝫ domū serues
ex publico quotānis habeto: quā legittima face duxeris vxor. ceteris fe-
minis preferat. quem exprobaueris infamēcꝫ dixeris: hic reprobat⁹ bo-
mo & infamis esto. Arma insignia noia & ornamēta heros ferto q̄ reges
decent. Que dicere aut facere velis vbiuis gentiū locorū nationūcꝫ faci-
to. Si quis tibi iniurius fuerit ceruice careto vtcꝫ senectuti tue quietius
cremonensiū qui contra vos antbonii ptes fouerunt agros tibi tuicꝫ sili-
bus viritim diuidendos assignamus. qui si pauci fuerint addimus & mā
tuanos vt bona fide & alta vtute pfuisse te reipublice gaudeas. Sic Octa
uianum veteranos suos bonorasse confirmāt decreuerat idē penus Ha-
nibal facē nisi fortuna fractus aduersa Anthiochi regis & prussie coactus
fuisset. supplex tribunalia petere comperimus. Athilam bunorū regem
cuius efferatū & inanem gloriā. similia suis veteranis priuilegia cōtulisse
Necꝫ Theodericus gottor⁹ maximus & audētissimus rex heroas inbo
noratos reliquit quibus & ciuitates & puincias tributarias fecit. Caro-
lus aūt magnus qui primus post grecos apud romanos suscepit imperi-
um: germanus homo ex antiqua francorū psapia natus postꝫ saxones
sepius rebellātes multa vi domuit: ac feces bunoruꝫ longobardos ab in-
festatione romani pūlis exterruit. suscepto cesaris nomine & Augustus
appellatus: milites oīs qui tanti laboris comites fuerāt: in bunc mo dū
bonore ferē & libertate donasse. Ite inquit milites mei vos heroes voca
bimini: socii regum & iudices criminū. Viuite postbac labores expertes
consulite regibus & publico nomini turpia corripite: fauete feminis: iu-
uate pupillos cōsilio circūdate principes. ab bis victū vestitū stipendiūcꝫ
petite. Si qs negauerit inglori⁹ infamiscꝫ esto. Si quis iniuriā vobis intu-
lerit reū se maiestatis agnoscat. Vos aūt caueritis ne tantū decus tantūcꝫ
priuilegium iusto bellorū labore partū aut ebrietatis: aut scurrilitatis aut
alio quouis vicio maculetis. Ne q̄d vobis largimur ad gloriā: redundet
ad penam quā devobis sumendā si forsitan excesseritis nobis & succesio
ribus nostris romanorū regibus ppetuo reseruamus. Hec sunt q̄ de no-
mine & institutione beraldorū quos heroas fuisse cōstat apud antiquos
scripta cōperimus: Cur aūt nostris diebus qui nūcꝫ militarunt & abiecti
quidā homies hoc nomē assequunt. nescio causam nisi quia oīa dege-
nerant: nec est boim genus q̄d stet suis legibus. Nam & indocti doctio-
ris insignia recipiūt: & qui nuduꝫ nuncꝫ ensem viderunt militiā pfitent
nitentcꝫ calcaribus aureis atcꝫ vt de nostra dignitate dicamus: abscꝫ līis
abscꝫ moribus sermone lenes atcꝫ vita catbedrā pontificalē audem⁹ ascē-
dere. Quere religiones pcurre mechanicas artes: oīs oberrant nibil est
quod suis legibus puris inuiolatiscꝫ pseueret. Vale & si quid habes q̄d
bis consonet auctoritate dignū & fide scribito nobis: nri memor & amās

Cuius rei Michaelem pfullē dorffiū cōsecretariū tuū & nr̄i diligentē doctrina plenū. aut iudicē aut arbitriū expiemur. Ex vuiēna Kl's Iunii. Anno domini. M. cccdi.

Passagiū q̄ difficile conduci possit in effectum arguit pluribus exrō-

nibus. EPISOLA CXXVII

Ittere ad me tue amātissime Leonarde duplitate & triplicate per
l uenerūt. In boidus hortaris me magnope ad rem bellicaz instituendā p mea virili qñ apud cesarē seruio operas nauē facis vt xp̄ianum decet & boiem senis natuz cuius est (nescio q̄re id fiat) q̄minus pōt eomagis de cōi bono anxiū esse. Laudo tuū cogitatū: tuas curas probo. Vtinā tui similes rebus maximis p̄essent. Credo multomelius xp̄ianitati esse consultū. Nāq̄ sic verū dicere libet: nimia ē inter orbis nr̄i rectores somnolētia aut aduersus officiū aut p̄ter officiū oms intēti sunt. Arbitror te iam cognouisse q̄ sunt apud ratispanā gesta & q̄ negligēter eo conuentum est. Ex italia nulli cōparuere. Nam legati venetorū prius solutū audiuere conciliū quā bauariā ingrederent. Vnus mihi videt sup oms laudandus princeps Philippus burgundie dux. qui etsi eēt britanico bello implicatus vocatus tn̄ ad cōuentū qui p salute ppli xp̄iani erat indictus noluit excusari: noluit reipublice deesse. Cōgregatione q̄ cōmune bonuz tractare videbat sua presentia noluit eē priuatā. Venit igit ratispanā iturumq̄ se contra turcos in p̄sona ppria pollicitus est. Si vel cesar vel rex hungarie vel alius magnus princeps exercitū duceret. Si minim? missurum se quas posset copias: neq̄ bis in rebus excusatū se habere voluit: ni si tale sibi supueniret impedimētū qđ tota xp̄ianitas legittimū reputaret Quis būc satis cōmēdare p̄ncipē posset. Nemo ē inter xp̄ianos cui min? timendi sunt turci & infideles ceteri q̄ duci burgūdie: Nemo tn̄ est qui p depulsandis atq̄ cōprimēdis hostibus fidei solicitior eo reperiat. Vnde ista mens homini. Non cupido rapiēdi hunc trahit: cui sunt opes infinite: non spes vlla voluptatū quib? frui victores putant: qui est iam euo pfectior. Et si delitias amet nusq̄ maiores q̄ domi reperiat. Non augendi dominii ratio qui se nouit in gretia aut in asia nequaq̄ regnare posse. Sed est hic religiosus princeps amat eccl'iam matrē suam. Cupit fidei nostre consultū eē: dolet cum audet xp̄ianū nomen blaspbemari. Miseret in felicibus aiabus q̄ dietenus in captiuitatē a barbaris rapiunt. Pudet eum ignomie quam turci nobis inferunt. Est em̄ nobilis animus: non potest mens alto sanguine nata: non alta meditari. Nihil turpe ferre potest generosus spiritus. Videt se dono dei amplissimis & populosissimis regionibus prefectum: multisq̄ beneficiis cumulatū. Non vult ingratus videri. Recognoscit munera in se diuina esse q̄ plurima vult pro sua facultate vices reddere. Meminit Iohannis patris sui: quem turci pugnantē pro fide catbolica captiuarunt. Cupit vlcisci paternū vulnus: imitariq̄ maiorū suorum vestigia: quos pro fide ortbodoxa constat fuisse ardentissimos.

Huius igitur opera factum est ꝙ in conuentu ratispanēsi nonnulli articū
li conciperent̄ quoruꝫ ego copiam rectoribus nostre vrbis feci. Nec me
dubium tenet quin tu illorum noticiā habeas. Nam & illustri dominio
venetorū. apud quod nunc moram trabis articuli per suos legatos hu-
iuscemodi missi sunt quoruꝫ si fiet executio nihil erit nostre religioni ti-
mēdum. Cesar eiusce rei cupidus nouū apud franckfurdiam cōcilium in-
dixit. Id futurū est tertio kalēdas octobris. Cesar aut eo securiamq; suaꝫ
transferret aut presidētes plena potestate suffultos mittet: neq; negliget
quātum in se erit conuentus. Nunc quoniā de me multa dicis: referabo
tibi que mihi incūbunt. Optaui domum reuerti visere amicos: consolari
ac pascere quocunq; tandem pastu valerem meas oues supplicaui cesari
benignam mihi vt licentiā preberet: qua patrios lares peterem: non obti
tinui. Ait em̄ sua serenitas necessaria sibi esse seruitia mea dum instat apd̄
franckfurdiā dicta dies. Eam ob rem fero moleste meū exilium: vereorq;
quod nuper sum expertus. Etenim cum ratispanā ꝑgerem inuasit me do
lor pedū quem podogram medici dicunt: que res mihi intereundū acer
bissima fuit. Non tamē neglexi cōmissum onus. Iter cum magno labo-
re peregi: adeo vt pede ad sellam suspenso vnius diei viam fecerim cum
inter asperrimas alpes non esset quadrigis locus. Idē timeo ne mihi nūc
accidat: si vt mentem intelligo cesaris vel mittar inter legatos: vel suam se
qui serenitatem iubear. Sed quid agam quis ego sum qui tantū imperiū
effugere possim. Video insup res maximas eē ad quas teneor & vniuer
se christianitati vtiles. Quid in laborem pro facultate mea statui manere
& ad meum exilium paucos menses addere: donec franckfurdiū consiliū
finiatur. Impatiar meas operas in cōmune bonum. Et si nequeo grādes
manipulos in aream ferre dominicā at saltem spiculas aliquot in horreū
ecclesie referam. Neq; enim deus noster tam facta hominū q̄ mentes in-
spicit. Et laudatā in euangelio mulierculam legimus que duo era minu-
ta in gazophilaciū obtulit. Illud autem oro Leonarde amātissime ne vel
passagium contra thurcos instituēdum italice pace compares. vel me mo
nacho qui illam conclusit equiparādum putes. Nāq; si pulcerrime & ve
re dices nullam esse ꝑsonam adeo tenuē per cuius manus nequeat si velit
diuina maiestas res maximas conficere. Et addis exemplum nostri tp̄is.
Nam pacis italice humilis & quodāmodo despectus heremitaruꝫ sancti
Augustini monacellus auctor habet̄. Nō est tn̄ equa rerū & ꝑsonaꝝ pro
portio. Pax. n. italica etsi vt ais rome ad maturitatē ꝑduci nō potuit: adeo
tn̄ in alto illo sumi p̄sulis igne cōsistoriali decocta fuit vt ꝑuo postmoduꝫ
sole potuerit maturescere Erāt et ꝑtes q̄ ꝯtēdebāt lōge defesse bello cōtri
te atq; exhauste: intelligebātq; nisi concordiā amplecterent̄ vtrinq; fun-
ditus eē ꝑeundū. Nec plurima erāt capita quoꝝ sensus cōbinādi ad cōfi
ciendam italice pacem viderent̄. At negociū hoc gerendi cōtra thurcos
belli: rude adhuc indigestū & pene intactuꝫ est. Nec germanie aut gallie

principes quoꝝ potissime mentes excitãde sunt satis intelligere possunt quid sua non interfit: contra thurcos arma mouere qui sunt ab eis remotissimi. Quis insup galliam aut germauiã armet nisi cerebra pene infinita coniũgat. Adde ꝙ oms italice vires ad maritimã classem sunt vniende Qualis deinde inter me & monachũ italice pacis inuentorẽ cõparatio cadit. Fateor quia nihil ẽ repertori ac rectori orbis factu difficile velle illi & posse vnum est. Nec inficias eo spirare vbi velit spiritũ dei: qui & aliquã do infima mundi eligit vt fortia ꝙꝫ cõfundat. Sed audi psonas ꝙꝫ dispares adnectis. Ego illum monachũ qui partes italie dissidẽtes composuit crimie mundũ: longa vite sanctimonia cõprobatũ doctrina plenũ. Nihil miror si deus instrumentũ elegit p qd pacaret italiam. At istic ꝙuis turpitudinem ꝓdo meam longe a me absunt. Habet in me deus multa que puniat: nulla q̃ premiet. Quo igit̃ pacto me velut organo magnis in rebus vtat̃. Vereor vereor vt tevera non celem. nedũ me grãdibus ingero negociis: impedimẽto magis ꝙꝫ ꝓmotioni reperiar. Tu desine de me tibi multa ꝓmittere: ac me domi ꝙꝫ foris malis cũbã fortasse nõ inutiliter regam: Nauis magne si dauem tenuero & me simul & nautas perdam. Frãckfurdie si fuero naucleros inueniã optimos: atꝙꝫ ipe remigis officio fungens peccatorũ meoruꝫ partem delebo: hec tibi de me volui dixisse. Nunc de ordine dato pauca disserã. Scripsisti vocãdos eẽ multos ex italia ad conciliũ ratispanẽse putasti id futurũ constañ. simile ne dicã basilieñ. quod in annos viginti ꝓtensum est. At nostrũ exacto mense finẽ accepit Indictum eẽ aliud huc rursus vocanẽ ex italia rex aragonũ: veneti: ianuẽses: florentini. seneñ. lucani. Comes quoꝙꝫ Franciscus: ꝙuis non est inuestitus de ducatu mediolaneñ. accersit̃ & dux mutine: marchiones insup mantue: mõtisferrati & saluciarũ. Videbim? quãtus erit nostrorũ feruor italorũ. Regibus quoꝙꝫ francie anglie bobemie bungarie polonie dacie suecie norvuegie scotie lr̃e danturvt ad conuentũ mittant. Principes alamanie adesse: comitates mittere legatos iubenẽ. Si erit cõuẽtio grandis spem bene gerende rei summã. Si pauci conueuerint obrigestam. Dices. Quid sentis: quid putes futuꝝ. Mallem tacere. Mallem opinionẽ meam esse falsissimã ac mendacis q̃ veri ꝓpbete nomen. Dicam tamẽ ꝙ meus presagit animus. Non spero ꝙ opto. nil boni mẽti mee psuadere possuꝫ Quare inquis. Quare inquã. Ego bene sperem xp̃ianitas nullum babet caput cui parere oms velint. Neꝙꝫ summo sacerdoti: neꝙꝫ impatori que sua sunt danẽ. Nulla reuerẽtia: nulla obedientia est. Tanq̃ꝫ ficta nomina: picta capita sint: ita papã impatoremꝙꝫ respicimus. Suum queꝙ ciuitas regem babet. Tot sunt principes quot domus. Quomodo tot capitib? quot regunt xp̃ianũ orbem arma sumere suadebis. Age dicito cõcurrere in bellum cunctos reges. Cui ducatũ dabis. Quis ordo in exercitu erit: q̃ disciplina militaris: que obedictia: quis pascet tantũ populũ: quis intelliget varias linguas: quis reget diuersos mores: quis anglicos amicabit

gallicis: quibus ianuenses cõiunget aragonẽsibus: quis theutones hun
garis bohemisq; conciliabit? Si paucos cõtra thurcos ducis facile succũ
bis, Si multos cõfunderis. Vndiq; sunt angustie. Perge vltra atq; inspice
xp̃ianitatis vultum. Pacata inquis italia est facile aduersus exteros arma
sumet domi quieta. Nescio q̃ quieta. Inter regem aragonũ & ianuenses
adhuc belli reliquie manẽt. Nec ianuenses hi sunt qui cõtra thurcos pu
gnaturi credant̃ quib⁹ tributa pendere dicunt̃. Veneti cũ thurcis fedus
percussere. Et q̃uis aiũt se sumpturos arma p̃ nr̃a fide: si ceteri xp̃iani bel
lum thurcis indicãt. Quis banc cõditionẽ implebit? Vocare nũc rogare
atq; excitare venetos oportebit: qui ceteros imitati eẽnt si pax eis cum
thurco nõ eẽt. Quid cũ italis facies q̃n due nauales potẽtie & quidẽ ma
iores desunt. Rex aragonũ q̃uis est potẽtissimus & ad cõe bonũ ardẽs:
baud q̃q̃ solus bellũ nauale cõtra thurcos agitabit. Sũmi põtificis quan
ta sit classis non ignoras. Deficit igit̃ nobis altera belli pars. Nã cũ terra
mariq; thurcos vexare propositũ eẽt: deficientibus italis nihil est q̃d de
maritimo bello sperem⁹. Patebit asianis ellespontus. Et si terra bellũ ge
rat̃: infinitas ex assia copias in greciã thurci traducẽt. In hispania uosti q̃
multi sunt reges potẽtia regimine volũtate & opinione dispares. Neq;
illi in extremo iacẽtes occidenti ad septẽtrionẽ trabẽdi sunt. Estq; quod
agunt cũ granatensib⁹ domi. Rex francie & si toto regno pepulit bostẽ:
marinas tamẽ horas inquietas habet: nec militem extra regnũ audebit
mittere: dũ classes ex anglia repetinas timet. Anglici nil aliud animo ge
runt q̃ vt repulsam ex francia vindicent. Scoti: dani: sueti: noruegi in vlti
mis orbis oris siti: nihil ẽ q̃d extra domũ queant. Theutones inter se di
uisi nulla in pte coherẽt. Ciuitates cũ principibus dissident. Et ip̃i inter se
principes nullo concordie vinculo tenent̃. Suitenses cũ ducibus austrie
vetus odiũ tenent. Comes palatinus archiep̃o mogũtino infest⁹ ẽ. Duca
tus lutzelburgensis inter regẽ bohemie & ducem burgundie litigiosus
pendet q̃uis sunt ad kl̃s vsq; nouẽbris in eam rem inducie. Duces saxo
nie de sexaginta castellis cũ bohemis litem habent. vuratislauienses req
siti p bohemie regem. homagiũ facere recusarũt: nisi ad se rex p̃ficiscatur.
Pruteni qui religioi sancte Marie theutonicor⁹ subiecti fuerunt: excusso
priori iugo ad regẽ polonie defecerũt. Isq; nũc regionẽ ingressus cũ con
iuge sacramenta fidelitatis accipit. Lignicenses quos Ladislaus rex gu
bernatori bohemie dederat subire iugũ recusant. Nec puduicenses pare
re domino de rosis volũtarii sunt q̃uis dono regis ad eũ pertineant. In
austria nihil quieti est. Baronem eyczinger dominantem spernũt. Ciuita
tes amant seditiones frequentes aguntur: vuancbo bohemus cum duo
bus milibus latronum regionem longe lateq; vexat. In vuienna crebra
fiunt incendia: nec actores in famã veniunt. In bungaria prelati & baro
nes infensi sunt Iohanni vainode: qui quondam gubernator fuit: nũc ca
pitanii nomen tenet regnicq; maximã partem occupat. Giscra bohemus.

inuestitus a rege de territorio sepusion in hũgaria ad possessionẽ venire per Iobannẽ impeditur. Dispotus rastie q̃uis thurcis vnitus putet: auxilia tamen regis hũgarie petit & thurcos asserit bello paratos. Nihil tñ ad hec bungari mouent: sed habituri potius indutias siue cõcordiã cum hoste q̃ moturi bellũ credunt. Ede nũc in tanta rerũ varietate quid sperãdum aut timendũ sit. Intuere deinde mores hoim ac nostro⁹ principũ facta cõsidera quãtus auaritie sinus patet. quanta inertia quãta voracitas. Nemo litteris aut bonarũ artium studiis intentus est. Et tu cũ hisce moribus deleri posse thurco⁹ exercitus putas: vtinam tu verax inueniaris: ego fallax. Vtcunq; res sese habẽt: manebo ad dictã diẽ franckfurdien. & si nõ prodero reipublice xp̃iane. macerabo tñ meip̃m & in vindictã meorum delictorũ affligam corpus & mentẽ. Si quid in cõmuni redundabit boni tãto id libẽtius videbo. q̃tomagis preter spem eueniet. Tu vale & me vt soles ama: & si amasti parũ amore⁹ auge: qm̃ ego te p̃ tua virtute vehemẽter amo. Ex nouaciuitate die. v. Iulii. Anno. M. cccc xliiii.

Excusatio regis dacie quare ad dietam non venit.

EPISTOLA CXXVIII

Euerendissimo principi dño. F. diuina fauẽte clementia: romanorum imperatori semper augusto duci austrie ꝛc. Cristernus dei gratia regnorũ dacie noruegie sdauorum gotborum rex: comes in aldenborch & delmanborst, Salutem & triumphantis victorie continuũ incrementum. Perlectis nouissimis imperialibus litteris nobis directis: merore cordis & mentis anxietate indicibili vrgebamur. Cum videamus tandem virus pestiferum in christianam fidem dudum congestũ: viperam illam balymamech thurcorum tyrannum feraliter euomisse: & quod in sue impietatis contentaculis fabricauit incentiuum sue iam crudelitatis detexit. Hunc non ambigimus imaginem bestie illius gestare. quam Iobãnes euangelicus vates ascendentem de mari preuidit. tertiam partem stellarum ad ima trahentem. immo asiam & affricam: & iam suis execrabilibus spurcitiis europe terminos defedantem videre videmur. serenissime imperator & frater chariss̃ime quod cum singulari mestitia referimus statuum omnium & sexuum omniũ religionem fidem & vrbanos mores in populo christiano adeo a iustitie tramite declinasse q̃ diuinam non cessent irritare & prouocare vindictam. In illos precipue qui aliorum vita & exemplo deberent merito esse ductores: vnde vltione condigna hoc nostro tempore quo peccata magis & vicia subrepunt: flagellis & plagis grauioribus excribrãtur. Nullos enim christianorum fines per vniuersi orbis machinam a peste cladibus vel incursibus hostiũ eximi videre aut cognoscere valeamus: omne quoq; solum vbi christi nomen colitur: crebris agitari & oppugnare contrariis. Neq; propterea vllam diuine miserationis & pietatis recuperande: maiorem adesse fiduciam q̃ q̃ incipientes a capti

bus diuinis institutis & bonis moribus ſm euangelicam legem reſum/
ptis: priorem culpam & noxas emendemus in melius: quatenus placa/
ta diuinitas ſuorum calcorum felicibus propitia nō deſit optatibus. Hec
ſunt inuictiſſime ceſar arma fortiſſima: propugnacula munitiſſima & ſe/
cura preſidia quibus aptius & facilius: immo felicius & fructuoſius bo/
ſtium vires & frontem ſuperbie demoliri conueniat cū militaribus cune
is cū bellicis munimentis. Hoc quidem exemplariter pbiſicis traditioni
bus comparatur q medici ſatagētes noxiales a corporibus chymos re/
pellere per prius antbidotis & catbaplaſmate congruentibus prepara/
tas ad exitum ſuperfluitates deinde formato expellunt. Sic ergo imperi
alis maieſtas erga deum celi deuota ſuperioribus & inferioribus ſugge/
rat melioris vite feruorem. Interioris em̄ conſciētie penitentia cilicio ſac
co & cinere: non auro vel argento: non exquiſitis monilibus nec in arcu
fortium: aut robore potentatus niniuite diuinam contra ſe concitatam
placuere furorem: tunc auguſtalis maieſtas ſuperno adiutorio comite
cum exercitibus chriſtianis boſtium caſtra penetrabit ſecura: omneſq
barbarorum conſtringet conatus auſus armis & potentia vindicabit.
Eruntq boſtium vires angelo domini cobortante: ſicut ſtipula ante fa/
ciem venti & tituabunt pauore & timore ſordeſcēt. O ſaluberrimum &
iocundiſſimū omen: ſi fata preſtaſſent. q regnorum noſtrorū rebus com/
poſitis que variis impreſentiarum contrariorum detinentur amfracti/
bus cum proceribus noſtris quos numero & ſolertia militari ornatiſſi/
mos obtinemus: cum veſtre ſerenitatis contubernio pro fide catboli/
ca: pro gloria immortali: pro illius nomine qui nos ſuo ſacro cruore re
demit: pro fidelium ibidem a tburcis oppreſſorum tutela: in ceſarea co
mitiua adeſſe poſſemus. Teſtamur deū nibil nobis gratius nibilq opta
bilius cū q in tam ſancto opere adeſſe liceret. Condolentes ex ipſis cor/
dis viſceribus imperiali conſtantinopolitaneñ. vrbi: & venerande patri/
arcbali eccleſie quam Conſtantinum magnum primum poſt Philippum
ortbodoxorum ceſarem predeceſſorem veſtrum fortiſſimis meniis ob/
firmatam ſuo nomine que prius biſancium dicta eſt: & preſentia legitur
decoraſſe. Vbi ſumma eccleſiaſtice & imperialis maieſtatis viguit ſan/
ctio. Ibi fuerat legum ſacrarium: fidei viguit norma & religionis ſpeci
men inſtitutis & obſeruātiis religioſiſſimis preornata. Licet & ibi quan
doq ſatban non abfuit: qui Arrium: Sabellium: Manicheos: Neſtori/
um: Macedonum: Dipſtorum: Euticem & ceteros ſuſcitauit bereſeor:
qui in agro domini in tritico fidei zizania ſeminauit. Verumq impe
dimentū buic noſtro ſincero propoſito preſtitit q veſtras imperiales lit/
teras dumtaxat decem diebus feſtum ſancti Gregorii precedentes pre/
ſentate recepimus baiulo. Cum vero regnum noſtrum dacie vbi reſi
demus ad preſens inſulis interſecetur diuerſis vadis pontia ſe diſtan
tibus inuicem & primo tempore parliamentum regni noſtri predi/

ctí: cuius cõsultatione in rebus grauioribus affectare solemus absq; pro-
lixi temporis interuallis cõgregare minime poteramus. Tum etiã quia
sumus in procinctu ad regnũ nostrũ nauigandi norvegie cum expediti-
one contra hostiũ nostroꝝ incursus quos frequentius sustinemus. Quo
propterea cesariis vestris desiderijs & hortãtibus pronũc satisfacere mi-
nime potuimus. Si vero in prefata dieta pro sancto isto & pio ope cele-
branda aliqua salubria & vtilia concludent de quibus nos certiorari du
xeritis quantũ nobis possibile fuerit: saluis regnorũ nostrorumꝝ negociis
animo gratissimo faciemus. Ceterum in causa ordinis prutenorum beate
Marie ierosolymitan. lris vestre serenitatis plenius intelleximus. Cũ ve-
ro talis inter ordinem militiã & patriã sit exorta discordia vt peiora ma-
gisq; indies nocitura verisimiliter formidam⁹. Quo pterea indies tracta-
tus cõcordie magis difficultari verisimiliter timeamus. in quo ordini &
patrie ex intimis condolemus: si tamẽ fuerimus requisiti obtentu vestra
rum imperialiũ lrarum omnẽ ad ordinis profectũ & patrie concordiam-
q; & pacem efficacẽ opam libenti animo impendemus. Valete serenissi-
me princeps & frater charissime in illo qui habitat in celis & imperat: cũ-
cta sua ordinatione gubernãs feliciter & longeue cui nos offerimus gra
tissimo animo preparatos: affectates a celsitudine fraternaq; charitate ve
stra hanc presentẽ excusationẽ nostrã corã illustribus principibus & sere
nissimoꝝ regũ oratoribus & legatoꝝ aplice sedis. qui diete cõstitute pre
sentes extiterit legi & recitari. Datum in nouaciuitate nostra rostildeñ. die
dñica palmarũ. Anno a natiuitate domini. M. cccclliii. nostro regali sub
secreto.

A rege aragonũ ad sacrũ collegiũ cardinaliũ spõte contra thurcos ire.

Euerendissimi in xpo patres & dñi amici nobis singulares post memoriã nostrã. Nihil profe
cto cecidisse recordamur qđ nos adeo cõmouerit aut tantã indi-
gnationem animo iniecerit: quantã constantinopolitane vrbis casus &
grecorũ miseranda atq; inaudita calamitas: neq; vero ob id solũ indigna
mur q; grecia; que magna pars est xpiane gẽtis amissa libertate oppres-
sam ac in manũ & seruitutẽ infideliũ: p xpianorũ negligentiam redactam
et xpiano corpe distractam atq; dissipatam videmus (Quãq; est id grauis-
simũ qđ & omniũ mẽtes atq; animos magnope cõmouere atq; excitare
in vltionẽ dꝫ) sed etiã quia turpissimã & indignissimã notã noi xpiano
ob eam rem iniustã cognoscimus: & que vix vnq; vllis consiliis piculis
aut laboribus aboleri posse videat. Quid em tã indecens tãturpe tampu
dendũ xpianis: q; pati xpianos a barbaris opprimi & acerbissimo serui-
tutis iugo subiici: fidẽq; nostrã labifactari atq; funditus euerti. Pro qua
tuenda atq; conseruanda dubitare debet nemo qui xpianus re sit mortẽ
impigre appetere. Sed hec cõis culpa sit. Dũ em alii alios intuemur ante
constantinopolis calamitatẽ si quis in eius defensionem arma capiat et

EPISTOLA CXXIX

obsistere iniurie conetur: illa ciuitas interim capta est: & illa omis grecia concidit. Capite em confracto & cetera mẽbra cassata sunt. Cũ aũt quoti die intelligamus ex multoꝝ sermonibus ac lr̃is ipm turcoꝝ principem in eam insolentiam ac furorem prouectum eẽ: ob res secũdas que solent animos extollere atq; inflãmare: eumq; nõ contentũ grecie captiuitati ceteris xp̃ianis atq; e grecie clausstris in italiam velle erũpere. Imperium orbis terrarum sibi promittentem & xp̃ianam fidem euertere molientem. Instituimus animo illius furori pro viribus nostris obsistere: conatusq; eius nepharios quantũ in nobis fuerit reprimere atq; infringere. Sperãtes xp̃o deo nostro autori atq; fautori pro cuius fide defendẽda hãc expeditionẽ glorioſam suscepturi sumus: vt & alii principes & populi xp̃iani vna nobiscum ad salutẽ sacrosancte romane ecclesie exemplo nr̃o excitentẽ ac fore: illum atrocissimũ fidei hostẽ nõ solum vlciscamur & intra grecie terminos cohibeamus: sed etiã recupa ta omni grecia ipsum e tota europa depellam⁹. ac ne in asia quidẽ sua quietũ eẽ sineam⁹. Que cũ ita sint. R.p. vr̃as oratas eẽ volum⁹ primũ vt vosipsi qui fidei xp̃iane duces estis in eã tuendã & conseruandã oẽs vires & studia vr̃a cõferatis. nec eã ruere patiamini: cui⁹ ptectores acerrimi merito esse debeatis: vt aliis exemplo sitis q ad vos oculos referũt quicq d agitis intuentẽ cũ ad vos primũ qui estis religiõis capita acceptã iniuriã & cladem hãc ptinere existiment. Deinde vt cũctos populos principes ac reges xp̃ianos p legatos ac lr̃as quoad fieri possit exhortemini atq; excitetis: vt & ipsi exẽplo vr̃o nostroq; hoc & necessariũ & maxime glorioſum bellum suscipiant: & p eo gerendo quas possint copias classes arma & comeatus paret. Si pro fidẽr̃a tuenda in qua est salus nostra reposita nõ depugnamus: p qua dimicare sustinebimus. Si feramus iniurias xp̃o deo nostro factas: cuius ille imagines deleuit sanctoꝝ ac martyrũ statuis euersis: reliquiis luto prouolutis: sacris virginibus incestatis: filiabus e cõplexu parentum ad stuprum raptis parentibus ipis crudelissime necatis. Si has inquam feram⁹ cuius tandem iniurias vlciscimur. Si religionem nostram per negligentiam ruere patimur: vt omittamus ignominias vincula cedes que xp̃ianis impendent. Quidnam sperare amplius de animarũ salute possumus: Multis sane ac summis principibus vt Constantinũ & Iustinianũ omittamus: tum domus nostra que barbarorum semp oppugnatrix fuit: tuꝫ aliarum nationum ac gentiũ maximo honore ac glorioſum fuisse scim⁹: xp̃ianum nomen auxisse ac diffidisse. Quãto igitur nobis omnibus honestius & glorioſius fiet illud ab ruina & manifesto interitu vindicasse. Qꝫ si nulli nobis adiutores fuerint ad tantam iniuriam vindicandam malumq; propulsandũ. quod existimare non possumus. Nos tamẽ propositũ nr̃m exequi contẽdemus sperantes in xp̃o deo nostro rem prospere succesſuram. In qua etsi mori cotigerit leto & cõstanti aio moriemur. Datum in castro nostro neapolis prima aprilis. Anno. liiii.

Dialogus cōtra bohemos & thaboritas de sacra cōione sub vna spē.

Euerēdissimo in xpō & colen- EPISTOLA CXXX

posse. Quid igit̃ opinamini: quid creditis principes? Tentat vos dominus deus nr̃: experiri vult an se diligatis. an virtute prestetis: an religiosi: an grati sitis: quid inter nos si sit aliquis qui sapiat & intelligat ac requirat hec & indoleat vicem eis. Quid ergo moramini: quid statis: an non est hic maximus bellādi fructus: maxima vtilitas vr̃a: si pl̃iũ aduersus inimicos crucis cõmittetis: vos bñficii memores ostenditis: deo nr̃o placetis: animas vr̃as lucrifacitis & habitaturi cũ angelis: triũphaturi cum sanctis martyribus: regnaturi cũ xp̃o celũ acquiritis. Omitto hic principes id emolimẽti qđ plericq; oẽs milites nr̃i tpis ex bello querũt aurum & argentum: teuromata: pictas tabulas: equos: vestes: seruos: ancillas. Nam cq̃uis multa bmõi hec expeditio repromittit: nolo tamẽ vos christi milites hec ambire: nolo vos rapinas q̃rere: nolo vos spoliis gaudere. Pusilli est animi lucris inhiare terrenis. Mẽs generosa & alta celestes aspirat in thesauros. Breuis ẽ vita hominis sup terram. Fugiunt anni nostri liciũ vite nr̃e sunt aranearũ tela: cito dirũpitur. Festinat eñ decurrere velox flosculus: angustę miserecq; breuissime vite precio: dum vna cibos somniacq; poscimus obrepit nõ intellecta senectus. Nemo scit quid vespere vehat. Curriculum eui nostri incertum ẽ. Peregrini in terra sumus: spes nostra in celum tendẽda ẽ: vbi euangelio teste nec fures fodiũt: nec tinee rodũt. Multe sunt vie q̃ nos eo deducunt. S; hoc pfecto tẽpore principes nullum iter certius: nullum securius: nullum expeditius: nullum gloriosius est: quo possimus celum scandere: cq̃ si ptra thurcos celestis patrie nostre ciuitatis supne hierusalẽ pfidos inimicos arma sumẽtes puris & cõstantibus animis bellũ geramus. Cognoscitis vt arbitror iam principes huius belli qđ suademus nõ honestatẽ mõ: verũetiam vtilitatẽ. Nunc de facilitate gerẽdi belli pauca subnectam. Hoc ẽ eñ de quo tertio loco dictum me promisi: Frustra eñ iustũ bellu;: frustra cõmo dosum probaueri. mus: nisi etiam factu facileue dicam possibile demonstremus. In hac pte illud meo iudicio aiaduertendũ est: optimi pceres: ne maior hostibus cq̃ nobis sit scientia militaris: ne frequẽtior vsus: ne pecunia: ne copiosior potentia: supior ne deus ipe fauentior: quinimmo neq; si pares vtrinq; vires fuerint bellũ suaserim. Nam teste Octauiano cesare qui prelium sine certa prerogatiua committit simulis est ei qui hamo piscatur aureo: facile nanq; plus amittere cq̃ lucrari põt. At mihi seu noua cõsideranti seu vetera mente repetenti: inter omnes nationes quas bello idoneas iudicant. nulla expeditior: nulla fortior: nulla peritior: nulla audẽtior cq̃ vr̃a videt. Vobis homines: vobis equi: vobis arma: vobis pecunie sunt. Nulla natio tam grandis sub celo ẽ que habeat deos appropinquantes sibi sicut adest nobis dñs deus noster. Et vbi obsecro tot clarissimi principes: tot generosi pceres: tot fortissimi equites: tot potẽtes ciuitates: tot diuitie: tot auri: tot argẽti: tot ferri minere: vbi tãta populi multitudo: tãta iuuentus: tantũ animi: tantũ roboris. Germanie fines vt veteres tradũt ab ori-

ente viscella fluuius & hũgarie limes fuere. Ab occidẽte renus. A meridie danubius. A septẽtrione occeanus & mare balteũ qđ prutenicũ vocare possumus. Nũc quantũ extra hos terminos possideatis ipi videtis vos angliam pulsis britanis occupastis: vos belgarũ belueciorũq; fines eiectis gallis obtinuistis. Vos reciam & norciã inuasistis. vos vsq; in italiam pedẽ extẽdistis: vos bulmerigros qui nũc pruteni vocantur ex manibus infideliũ detraxistis. soli ex alienis in vr̃o solo bohemi sedẽt potentissimi & nobilissimi populi. Sed & illi vr̃o imperio parere se aiunt. Regẽq; habẽt vestri sanguinis nobilissimũ Ladislauꝫ. Vos igitur magni: vos bellicosi: vos potẽtissimi: vos fortunatissimi ac deo accepti germani estꝫ quibus adeo fines extẽdisse licuit: & super omnes mortales romane potentie datum fuit obsistere. Nam terrarũ ille calcator omniũ: & orbis domitor Iulius cesar q̃uis subactis gallis sepe renũ transiuerit resq; maxias in germania gesserit: bellicosam tamẽ & asperã sueuoꝝ gentẽ dimisit indomitam. Augustus Octauianus cui & parthorum & indorum reges munera miserunt qui vnus oim romanorũ fortunatissimus creditus est de quo illa sunt metra. Augustus cesar diuum genus aurea condet Secula qui reuersus latio regnata per arua. Saturno quondam superat garamantas & indos proferet. Imperium iacet extra sydera tellus extra anni solisq; vias: vbi celi fert atlas: axem humero premit stellis ardentib⁹ aptũ Ille inquam felicissimus imperator nullibi vnq̃ nisi apud germanos succubuit. Nam lollianã & varianã cladem in germania perpessus est. Lollianam maioris infamie q̃ derrimenti: varianam pene exitialem: tribus legionibus cum duce legatis & auxiliis omnibus cesis. Longum eẽt referre quas intulerunt romane reipublice molestias germani. qui & si romanorũ fortune aliquando cesserunt. postea tamẽ & ipi de romanis de gallis de hispanis de hungaris deq; aliis diuersis gẽtibus sepenumero triũpharunt. Nec romani cum rerũ potirẽtur res magnas sine germanis auxiliantibus pegerũt: quoꝝ tanta in bello virtus: tanta in domo fides fuit vt cesarei corpis custos cohors ex germanis potissime legeretur. Conferamus nũc thurcos ac vos inuicẽ & quid sperandũ sit. Si cũ illis pugnetis examinemus vos nati ad arma illi tracti. Vos armati illi inermes. vos gladios versatis: illi cultris vtunt̃. vos balistas tenditis: illi arcus trahũt. vos lorice thoracesq; ꝓtegunt: illos calcitra tegit. Vos equos regitis: illi ab eqnis reguntur. Vos nobiles in bellum ducitis. illi seruos aut artifices cogunt. Vestri milites nati atq; nutriti in armis sunt: illi copias suas exceptis quindecim milibus pugnatorum quos expeditos habent ex agris atq; officinis erunt. Vobis flectere ludos equos & tendere spicula cornu. Vos omne euum ferore teritis: vestra iuuentus torneamentis intenta est: aut quatit opida bello: nec tarda senectus vestras vires debilitat: mutatq; vigorem caniciem galea premitis: semperq; recentes bellorum habere causas cupitis: & viuere in armis: illis pictis croco-

et fulgenti mirice vestis desidieq; cordi sunt. Sũma volũtas est indulgere coreis. Solus machometus & quos dixi quindecim milia expediti sunt quos sonus delectat armoꝝ: & animus ĩ bella paratus exhibet audaces. Ceteros inexptos timidos effrenatos nullius precii iudicetis. Qꝫ si manus cũ illis cõferatis nihil est qđ de victoria dubitetis. Si modo quã gesturi estis pro deo pugnam: aduersus deum nõ cõuertatis mala mẽte ꝓcedentes. Cũ ergo maiores vestri principes omnes vicinos ac longe positos populos armorum gloria supauerint cum timentes ipi nullos omĩbus terrori fuerint. Cum vosipsi nihilo minores vestris progenitoribus sitis: cum omnibus his rebus abundetis quas bello necessarias putant: cum vobis fortissimi milites: peritissimi duces: ac satis fortunati sint: cum deum in causa sua ꝓpitium spare par sit: cũ vr̃i hostes lõge inferiores vobis existant nõ est cur tamhonestũ tamq; vtile bellum pro deo vestro gerendũ detractare quo quo mõ debeatis. Dicat hic fortasse quispiaꝫ. Rem nõ esse cum thurcis tm̃: sed cum thartaris simul & saracenis: cũq; omnib⁹ gentibus quas illi subiectas habẽt. Hinc ego cõtra insto: nec ego vos soli theutones inquam pugnabitis. Ex italia: ex gallia: ex hispania mlti cõcurrent: nec hungari deerunt: nec bohemi fortissime gẽtes. Rastiani bulgari omnes illirienses: oẽs greci sumpta occasiõe cõsurgẽt. Vicini quoq; in asia dabunt manus. Nolite existimare principes: ita omnẽ asiam Machometo parere vt nonmulti sint Christo seruientes: multi in cilicia: bitinia: capadocia: ponto: siria christiani sunt: q̃uis iugo seruitutis oppressi: hyberi qui & georgiani vocantur. Trapesuncii: armeni xp̃m colunt: nec cunctabuntur arma sumere si vos viderint audẽtes. Veneti quoq; & ianuenses potẽtes populi q̃uis pacẽ cum thurcis habẽt: partes tamen vestras classibus adiuuabunt. Coacti nãq; ne ciuitates orientis admitterẽt pacẽ facere. At qđ homines inuiti ac necessario faciũt neq; diu neq; diligẽter facere pñt. Veneti certe fidẽ impatori dedere facturos se qđ deceat xp̃ianos si bellũ cõi fideliũ cõsilio cõtra thurcos decernat̃. Ego & si certe scio ꝓceres vobis arma sumẽtib⁹ ex tota xp̃ianitate affutura p̃sidia. nihil omin⁹ & illis domi manẽtib⁹: huic bello solã germania sufficere nõ dubitauerim. Scio em̃ Gotfridũ q fuit lotharinge dux: cuꝫ solis transkenanis theutonib⁹ & aliqbus gallicis paucis italis hũgariã pcussisse greciã penetrasse: helespontũ trãsisse: asiã pmeasse. Ierosolimã ex ptãte infideliũ vẽdicasse. victis ac ꝓstrat⁹ oib⁹ q occurrerẽt in medio gentib⁹ q̃uis & thurci & saraceni numerosi resistere conarent̃. In ei⁹ exercitu ducẽta milia pugnatoꝝ fuisse tradunt̃: atq; multo maiores copias sola germania cogere pot̃. Sed dicitis vt existimo quõ foris bellũ geremus qui domi contẽdimus: nec portio est germanie vlla quieta. Sit pax intus nõ recusabimus extra bellare. Prius thurci renũ attingant q̃ lites oẽs extirpent̃. Idcirco sapiẽtes illi qui ratispane fuerũt: indicẽdas in tota germania quinquennales inducias putauerũt: id nũc explendum est. Oẽs q cõtendũt impe-

rii principes: ac vasalli aut subditi sunt. nisi cesaris mãdata custodiãt: fidem frangũt. bonorẽ maculãt: rempublicã ledunt: sibiipis nocẽt. Q d ego de tanta nobilitate minime purauerim. Nã quis erit adeo durus: adeo obstinatus bonis. adeo aduersus moribus vt treugas ꝓ cõi xp̃ianoꝝ salute indictas p̃sumat infringere. Est hic legatus apl̃icus q censuras ecclesiasticas interponet. Legati cesar⁊ impiale bannũ et alias penas adimẽt. Proch germani nobiles: gens bellicosa: gens alti cordis: an mõ in tãta & vestra & omniũ xp̃ianoꝝ necessitate deficietis: eritis ne adeo incauti adeo ceci: vt rane murisq; fabulã in vobis impleri sinatis: q dum inuicẽ se mordẽt: preda milui fuere. Nõne cernitis dũ simul cõtẽditis venientez thurcũ & omnia rapientẽ: que vos litigare cõpellũt. Expellite prius cõem hostem tũ si pacẽ tenere nequitis de terra: de dominio: de ceteris bonis pugnate q̃ nõ thurcis sed vr̃is filiis relinquere valeatis. Equidẽ si has inducias amplectimini principes: nõ est mihi dubiũ quin validissimũ & copiosuz exercitũ cõparare possitis: quo educto pace in almania necessario relinquetis: latrones em̃ & raptores oẽs exibũt agricola & artifices domi manebunt: paratũ genus hoim quẽadmodũ tpe Cõradi cesaris euenisse cõstat. cuz ille copias aduersus saracenos & thurcos eduxit. Et fortasse hec vna ẽ pacã de germanie via: nescio an vos al's habeatis. Sed dicitis: quid cũ prutenis agem⁹: qui rebellãtes suis dominiis relicta religiõe theutonica: ad magnũ regẽ polonie destinerẽt? Tria hic remedia sunt: duo dicam tertiũ in aliud tẽpus retinebo. Aut seruentur hic inducie: sicut in ceteris germanie lit.bus. Aut si hoc durũ religiõi videt̃: sinite fratres religiosos cũ saxonibus bohemis & aliis quos pñt allicere: suam ꝓuinciam vẽdicare. Neq; em̃ ꝓpterea vester exercitus magnope impedieť. Nam & imperãte Cõrado de quo pauloante dixi: cum tertius Eugenius romanus põtifex xp̃ianos excitaret pro tutela terre sancte: quam saraceni euertere conabant̃ pruteni cum ceteris vlterioribus idola colebant: ac crebris excursiõibus: nũc saxoniã: nũc alios vicinos xp̃i cultores infestabãt. Cõradus autẽ dimissis saxonibns aut ceteris vicinis qui domi cũ prutenis ac reliquis barbaris decertarẽt: ip̃e cũ renensibus: sueuis: franconib⁹: bauaris: hierosolimã penetrauit. Idez & nũc vobis agere licet. Ceteꝝ quia nõnullos esse audio qui Machomemetũ deinceps quieturũ existimant. neq; vt ego dico tantope festinanduz cessent. Reserabo vobis aliqua de cõsuetudine & natura huius homis: que mihi per eos nota sunt: qui secum aliquãdiu cõuersati fuere: vt quid sperandum: quidue timenduz sit eo certius habeatis. Est autẽ Machometus adolescẽs annos natus quattuor & viginti: animo truci & glorie cupido: robusto corpore ac laboris patiẽte: neq; vino neq; cenis indiget: & q̃uis more gẽtis libidinosus nõ tamẽ inter vxores ritu languescit: coreas fugitat: vnguenta deuitat: raro induitur mollibus: nõ cantu nõ sono delinitur: nõ canes alit: nõ aues nutrit: vna ei voluptas est arma tractare. Honorat milites: equos amat: na-

ues:curros:machinas bellicas:formosis mulieribus p̄fert. Et q̄uis ē na-
tura barbarus:abhorretq; lr̄as:gesta tn̄ maioꝝ cupide audit. ac Iuliū cesa
rem & Alexandrū magnū oībus anteponit:quorū illustria facta supera-
re posse cōfidit atq; cōtendit:nec se minus aptū ad subiendū orbē dicit:
q̄ illi fuerunt:cū sua sint lōge maiora principia q̄ illoruꝫ referant̄. Et qm̄
falso ꝓphete suo machometo ex quo Cōstantino subiecit:nō dubitat qn
ad romanū submittere possit barbara temeritate & asiana supbia plenus
Hic ē vester hostis ꝓceres existimatote nunc: an talē naturam quiescere
sit verisimile. Sed quid cōiecturis aut argumētis in rebus vtimur mani-
festis. Nōne hic victa cōstantinopoli mox peram deleuit: ꝓpinquas ciui
tates oppressit. Ciclades insulas maris egei magna ex ꝑte diripuit. Di-
spotū ex rostia pepulit. Et q̄uis eēnt cū hungaris inducie:eorum tamē fi-
nes ingressus:nōnullos agros depopulatus ē. Ecce pacē thurcoꝝ opti-
mi principes. Ecce quietē quam sperare potestis. Nolite cōfidere: nolite
differre. Cōsulite vobisip̄is & vtilitati libertatiq; vr̄e dum tēpus habetis.
Causa belli vt intelligitis & iusta ē & necessaria & maxima vobis ad pu-
gnam oīa q̄ thurcis meliora supersunt. Orat vos cesar ne xp̄iane reipub
lice ne vobisip̄is hoc tp̄e desitis:sed quēadmodū ratispane cōdictum est:
quos potestis milites:equos:arma:currus. instrumēta bellica cōmeatus
preparetis. Nam & ip̄e q̄ sunt in sua potestate ad hoc opus omnia ꝓmit-
tit:quecūq; sibi vt imperatori romanoꝝ: vt austrie duci: vt religioso prin
cipi: vt homini xp̄iano incūbunt exequi: p̄sto ē & valens: tm̄ vos princi-
pes in hoc loco de bello gerendo cōcordes sitis. Nam si vnq̄ pugnandi
tēpus fuit: profecto nunc ē: qn̄ nō solum honor & status vester: sed ip̄a li-
bertas vestra: ip̄a fides: ip̄a vita in dubio ponit̄. Neq; em̄ si thurcos pro-
gredi ad vos sinitis: querēdum erit in quo statu: in qua fide viuere sꝫ vi-
uere debeatis. Memētore patrum vr̄orum generosi ꝓceres: ponite ante
oculos illustria facta maiorum: recolite quotiēs ꝓgenitores vr̄i cum ma-
gnis exercitibus alpes italie transire. Alfonsium lōgobardorū regē Ste-
phano pape molestū Pipinus cohereuit desiderium eius ꝓuincie regem
Adriano insultantē karolus magnus cōpescuit. Romanos formoso pō-
tifici rebelles Arnolfus edomuit. Berēgariū qui se regē italie iactitabat:
vocatu Iohannis pape Otto primus magno bello cōtriuit. Referre qdē
grauius fuerit quotiēs vestri antecessores ꝓ romana ecclesia: pro fide ca-
tholica: ꝓ salute cōmuni decertauerunt. Illi quidē dum ꝑato & forti ani-
mo xp̄ianam religi onē tuerentur romanū imperiū ad se traxere. Videte
nūc quē vobis animū suscipiendū eē putetis: patres vr̄i ꝓ suis nō dicam
ciuibus sed agricolis paulo cōtumeliosius tractatis sepe bella gesserunt.
vos vno impatore cum tota grecia nobilitate crudelissime necato: nō pu-
tabitis eē pugnandum. Illi frequēter suis ministris parū reuerēter cōpel-
latis nō dubitarūt arma recipe: vos deo vr̄o probrose cōtēpto non arma
bimini. Illi pro amplectendis christianorum finibus durissimis se preliis

cõmiserunt. vos ꝓ tuenda religiõe fideq; vestrã recusabitis arma capesse re. Nõ ẽ de rebus leuioribus hoc bellum: ꝓ patria: ꝓ liberis: ꝓ vxorib?: pro sociis: ꝓ libertate: ꝓ vita: ꝓ fide: ꝓ religiõe: ꝓ sanctis martyribus: pro magnis aplis: ꝓ gloriosa matre dei aduocata nostra regina celi Maria: ꝓ filio dei: ꝓ redemptore: pro saluatore: ꝓ maximo & certissimo deo vĩo: pro spiritusancto directore: ꝓ patre eterno: pro diuinissima trinitate: quã spurcidus ille Machometus persequitur: comittendum est prelium. Cogitate principes quo redacta est christiana religio: quantum in oriente: quantum in meridie diminuta est nostra fides: Sumite alta corda: induite fortes animos: defendite matrẽ vestram ecclesiam que vos christo regenerauit. Accingimini gladio supra femora vestra potentissimi: occurrite inimicis christi. Nolite esse vltimi: quos impii dignitas iubet exire priores. Karolus rex francorum & nobilissimus & potetissimus pugnaturum se dicit si vos armemini. Que sit mẽs incliti Ladislai regis bungarie & bobemie ex suis oratoribus audietis. Regis dacie suecie ac norvegie lras babemus: que mentẽ illius optimã exponunt. Alfonsus rex aragonum & sicilie nri seculi clarissimũ sidus: etiam silẽtibus ceteris hoc magnificũ bellum banc glorioſam expeditionẽ ꝓ xpi nomie vltro susceptu rum se pollicẽ. Philippus burgundie dux no minus animo q̃ sanguine clarus: potẽtatu ac dominatu par magnis regibus non mõ se iturum ad hoc bellum promittit: sed alios quoq; vt se accingant magnope adhortatur. Intueamini hos duos principes Alfonsum & Philippum maximos dominos terra mariq; potentes: ambo etate profecti sunt: ambo sexagesimum annũ transiere. Ambo tamen certamini sese offerunt: neq; in propriis personis pro deo suo pugnare recusant. Quid vos faciatis electissimi principes: quibus etas florida est: quibus ebulit sanguis: quibus marcius labor iocundus quidem ludus videri debet. En milites: en duces: en robustissimi iuuenes: finitis ne senibus maiorẽ q̃ vobis animum eẽ: dormietis ne domi cum illi foris militent: marcebitis ne ocio dum illi in negocio vigẽt. Minime de vobis talia suspicor: degeneres animos timor arguit. Vos autem erecto animo alacres intueor. Incipio bene sperare. Sentio iã titillare pectora vestra ac flagrare amore bellandi. Nec miror vos etate integra milicie sectatores huius belli cupidos eẽ. Nam & egoipse q̃uis senio grauis: q̃uis ecclesie deditus: incendor & estuo nimio feruore talis visende pugne. Veteribus illis ex quibus vobis origo est principes: cum essent adhuc gentiles: nullum fuit graue bellu; quod pro patria suscepissent. Nullam illi mortem miseram putauere: que pro republica subiretur. Sed que respublica maior aut melior q̃ nostra xpiana q̃ patria dulcior aut nobilior q̃ nra: illa celestis ad quã cũcti aspiram? formosa bierusalem. Illi cum pro patria morerentur tamen maxime exulabant. Nos cum morimur tum finimus exilium: tum patriam ingredimur. O felix mors que vitã premit tẽporale; cõcedit eternã. O faustum

ac desiderabile bellum in quo si vincis in terra siue vinceris in celo trium phas. quid ni ergo ardenti pugnemus animo quibus tanta promittuntur emolimenta. Ecce dominus noster sanctissimus christianorum summus pater Nicolaus papa quintus: ouium Christi pastor. romanorum pontifex: successor beati Petri Christi dei nostri vicarius: omnibus qui panc expeditionē sequentē delicta remittit: culpas abluit: veniaz prebet; celum ꝓmittit. Nec de ꝓmisso est dubiū quādo is est qui ptātem habet ligandi ac soluendi: qui locū illius tenet cui date sunt claues regni celoꝝ. Ecce nunc celi aperti sunt: ecce nūc iter in patriā: ecce scalam qua sup oēs planetaruz orbes scandere valeatis: atq; ad ipsam galaxiā puenire q̄ nos ad regiam magni dei recto tramite ducat. Qz si omnibus vt inquit Orator qui patriā allexerint: iuuerint: defenderint: certū est in celo esse diffinitum locum in quo beati euo eterno fruantur. Quid de vobis putau duz est principes: nō qui ꝓ terrena sed ꝓ celesti patria pugnaturi estis? Quid dicam? Multa dicere possum: sed hoc tempe apli Pauli doctoris gentiuz verba cōmemorasse satis erit. Quia neq; oculus vidit: nec auris audiuit. neq; in cor hois ascēdit q̄ ꝓmisit dñs diligētibus se. quales vos futuros eē o germani nobiles nemo dubitauerit: si hoc bellū vt impator admonet papa petit: xp̄s iubet ꝓ diuio bonore atq; amore suscipietis.

Gaudet benevalere amicum & se incolumem scribit.

EPISTOLA CXXXII

Neas Bartholomeo massano. Eximie doctor fili amantissime: inuentis tandē alis līe tue ad nos cōuolarunt. Credimus solas timuisse tamlōgum iter. Nam simul epistole tue reddite sunt. Conuenere apud venetias vt arbitramur siue alio in loco italie simul priusq̄ germanie montes penetrarent. Inde facto cuneo fortiores: audaciores q̄ transierunt. Intellexim? te: nostrosq; omnes benevalere. quod nobis voluptati est. Qz vero nostrum reditum suades esse celerem. consulis que nobis in animo sunt. stat sententia medio mense Octobris omnino iter arripere. Sic enim licentiam cesaris non sine labore obtinuimus. Vicarium nostrum speramus non recedere priusq̄ reuertamur: tuam prudētiam nō dubitamus ad id officii sufficientem. Sed nosti dericorum morem: qui non equo animo ferunt: laicos sibi iudices dari. De hoc reuersi latius colloquemur. Anthoniam tibi gratam & morigeram esse gaudemus. Matrem & sorores nostras tue fidei cōmendamus. Bartholomeum cognatum nostrū tuū socerū optimū virū & Franciscū eius filiū saluere iubemus. De calculo cū ꝓcuratore facto intelleximus: quia redire intendimus cito nō plura dicim?. Valete optime. Ex grezio die x. Augusti. Anno. M. ccccliii.

Hortat genitricē suam fouere & amicū studio lrarum cōducere.

EPISTOLA CXXXIII

Venerabilis dilecte noster. Cō questi sumus te non scribere: neq; sine causa. Nam littere tue nobis mime reddebant. Nūc vero intelligim? te scripsisse: sz lras in

via manſiſſe. Nũc em̃ aliquas ex bis accepimus: quibus te plurimũ facis excuſatũ. Suſcipimus verba tua bono animo: & ita cõfidimus eẽ vt ſcribis. Multa haberemus tibi reſcribere: ſed quia menſe octobris ꝓximo ad vos iter arripe cõſtituimus: ſic em̃ ceſar nobis annuit: non eſt cur multa modo dicamus: de cunctis tũc tranſigemus. Cõtentamur tibi & vicario noſtro inſimul bñ eẽ ac faceſcere diſcordias. De frumento quoq; que acta ſunt cõprobamus. Cura vt facis diligẽter negocia domus: vt redeuntes tuã ſollicitudinẽ atq; ſolertiam cõmendare habeamus. d. mariano ſizino vt nos facias cõmeudatos cupimus. Nauẽ cognatũ noſtrũ vt officio ſuo accurate det opam noſtro nomine hortare: de notario apud villas noſtras tenẽdo pro reddenda iuſticia placet: vt que nobis ſcripſiſti. d. Gregorio & dño Bartholomeo de maſſa dicas vel alteri eoꝝ: & vt ipi cõ ſuluerint nauim vti faciat nr̃o nomine impabis. Matri nr̃e que vult q̃q; petit: nulla rõne neges. Scimus em̃ eaz nibil optare: niſi que cõſona ſunt rõni. Anthonius niſi ſtudioſus erit: nullam apud nos gr̃am inueniet & penitebit eũ negligẽtie ſue: ſi redeuntes indoctũ inuenerimus. Thomas capellanus noſter tibi reconciliatus erit ex nr̃o iuſſu. Vale ex grezio ſtirie die. x. Auguſti. Anno. M. ccccliii.

Hortat̃ vices ſuas paulo longius cõplere aduentũ ſuũ citius ſpõdẽs.

v Enerabilis & eximie doctor dilecte noſter. Scimus nõ ſine labore locum nr̃m teneri a vobis. Tamen qa cito redituri ſumus fauẽte dño. Rogamus breue boc tempus equo aio feratis. Ac ſecũdũ annũ officii vr̃i velitis implere. Nos em̃ ad mediũ menſis octobris binc recedere cõſtituimus: domũ reuerſuri. Sic em̃ ceſaris licentiam uõ ſine labore obtinuimus. In rebus que iuſticiam concernunt: ſcitis quia vobis plenũ imperiũ cõmiſimus: hortamur ita faciatis: ſicut de vr̃a & doctrina & ꝓbitate confidimus. Nec plura impreſentiaꝝ. Redeuntes aũt plura vobiſcũ cõferemus. Valete in xp̃o optime. Ex grezio ſtirie. x. die auguſti. Anno quo ſupra.

EPISTOLA CXXXIIII

Scribit nouitates & aliis referre iubet.

EPIS. CXXXV

r Euerẽdiſſime in xp̃o pr̃ & dñe mi colẽdiſſime poſt humilẽ recõmendationẽ. Magno merore confectam eſſe dignationẽ vr̃am: ex clade cõſtantinopolitana nõ ambigo. Quis em̃ xp̃ianus non doleat tantũ vulnus illatũ eẽ catholice fidei: Triſtor & ego vobiſcum colendiſſime pater: & quidez ſi aliquid poſſem: ſtuderem ꝓ mea virili que xp̃iane reipublice putarem eẽ ſalubria. Sed ſum ego priuatus homo: nibil ad me magna ptinent. Vt vr̃a dignatio que inter ſenatores orbis locum habet ſummoq; ſacerdoti & aſſiſtit & cõſulit. Nõ dubito quin modo ſummõ ſtudio ad ea nitatur per q̃ tburcoruz furor ne vlterius ad nos pergrediat̃ reprimi poſſit atq; retundi. Noſco em̃ & zelũ & fauorez animi vr̃i. Quia nõ poteſtis quieſcere du; reſpublica xp̃iana collidit̃. Noui quoq; ſanctiſſimi dñi nr̃i mentẽ ad cõe bonũ & ſolidaz & ardentẽ. Itaq;

non sum omnino spe vacuus. Cōfido adhuc aliquid fieri: ꝑ qđ crudeli & enormi vulneri: nuꝑ apud grecos accepto medeatur. Sane qui sit animꝰ impatoris in ea re suis ex litteris quas aplico culmini scribit plenꝰ intelligetis. Nō est cur multa scribam. Hoc solū dico. Nunq̄ de vlla re cesarē aut frequentius loqui: aut attentius audire postq̄ sibi annis seruio decez animaduerti: ac tm̄ in hoc negocio. De bohemla misse sunt mihi lr̄e ꝑ capitulū pragense. Illas dignationi vr̄e remitto: vt de his dn̄o nr̄o sanctissimo verbū faciatis: & si visum ex vsu fuerit ad consolationē illoꝝ aliqd rescribatis. Res prutenorū cum suis ciuitatibus ad. xv. dies post festū sancti Michaelis suspensa est: propter capturā legatoꝝ ciuitatis. Ego statueram hoc mēse domū petere: & dignationē vr̄am rome visere. Sed tenuit inuitū me Caspar ad eam diē. Exinde ꝓmisit mihi licentiā ad tēpus dare qua domū repeterem: videremq̄ res ecclesie atq̄ paternas. Legati predicti iam redditi libertati feruntur. Axamit qui hungaros p̄mit dicitur in dies maiores clades regno inferre. Recommendo me dignationi vestre colendissime: cui seruire paratus sum. Ex gretz die. x. Augusti. Anno. Mcccliii.

Ladislaum bohemiam introre coronam suscepturus significat.

EPISTOLA CXXXVI

Magnifice & generose comes maior honorande. Nō est mihi dubiū quin res grecoꝝ magnas & tibi & toti romano curie occupationes p̄beat. Ideo te paucis tenebo. Scripsisti mihi pridem vti suaderem cesari ne rem patauien. ecclesie amplius suspensam teneret: sineretq̄ promoueri electum. Id feci magno conatu & multis vicibus. Sꝫ nihil profuit mea sollicitudo. Cesar in suo proposito perseuerat: neq̄ passurus est quantum in se electum ipsum promoueri nisi humiliatum. Ille vero nescio q d secreti habeat suꝑbus ē: neq̄ dignatur principi se submittere. Habes quō res se habeat. Nūc vestrum est cogitare & facere quod magis ex vsu sit. Neq̄ aliud circa hoc: Nos hic neq̄ pacem habemus neq̄ bellum: pendet vtrūq̄. In hūgaria magnos motus: axamit excitauit: neq̄ adhuc repressus est. Constantino politana clades hungar⁊ terrori est. Rex Ladislaus ad festum Michaelis ingressurus est bohemiam: coron e suscipiende causa. Vale atq̄ his paucis esto contētus. Veniam ad te cito: & si per curas tuas licebit agā verbis qđ scripto deest: cupio. S. dn̄i nr̄i pedibus cōmendatū me facias. Ex greizio stiric. x. die Augusti. Anno. M. cccliii.

Expetit sibi statum italie scriptis notificari.

EPISTOLA CXXXVII

Venerabilis vir amice honorande. Magna mihi consolatio est: quia mihi sepe de rebus curie scribitis: q̄uis aliquando que nolim audiam. Sed significare oportet & bona & mala quod vos accurate facere gaudeo. Qꝫ nō succedit de annuata nō miror. Est enim necesse pauperem vt agam vitam: sic mea natura vult. Forsitan propter res grecorū statuet papa ex omni de-

ro decimam colligere id deerit: duplici malo plectar duꝫ vnō cupio liberari. Verū puto me vt pridē scripsi breui ad vos venturum tūc videbo: quid nam eē debeat de annuata & omnē fortunam tolerabo fortiter. Cesar annuit mihi post festuꝫ Michaelis expedita te prutenica vt domū ad tempus repetā. Acceptaui temporaneā licentiā: ac cū domi fuero p litteras aliam manēdi facultatē: vel impetrabo vel extorquebo: ne semp curialem seruitutem seruiā. De patauieñ. ecclesia nō video q̄ ex hoc loco vnq̄ possit haberi cōclusio. Si tñ papa p se aliquid ageret: cupio & dñi Vlrici sonnenberger & mei memoriā habeatis. Sed puto mei infortunii augendi causa nunq̄ ecclesia patauieñ. expedieē. De pace olim tractata vt res se habeat scriptū est a me: pendent adhuc oia. Puthbaim qui nobiscū prius fuit: iam hostis est: propter stipendia que vel nimia petit: vel pauca offerunt. Tractaē tamē de concordia secū: de qua nō est magna spes. Sic semp aut bellū est: aut belli metus. Inquieta est hec terra: & assiduis vexatur turbinibus. Rex Ladislaus adhuc est in ꝓposito petendi bohemiam in festo Michaelis corone suscipiende causa. Scribo aliqua reuerendissimo domino meo sancti angeli de facto capituli pragen. scripsi & priꝰ domino firmano. Rogo petatis vt aliquid respondeat. De bello italie quomodo sese habeat cupio. d. Stephani nri lris instrui. Velitis eum vt scribat cōmonefacere. Alias dixi me habere lras doctoratus. ꝓ amico dñi assissini. eas mecuꝫ afferam sic ei meo nōie dicere nō grauemini. & valete optime. Ex gretz die. x. augusti. Anno vt supra.

Iterum hoc expetit & quid papa & cardinales de clade constantinopolitana sentiant.

EPISTOLA CXXXVIII

Enerabilis & eximie doctor amice bonorande. Que nuper scripsisti mihi de rebus italie cupide legi: notaq̄ cesari feci: expecto ex te plura. Puto nunc de pace apud italos agi: commonitos dade grecorum. Apud nos enim fama est constantinopolim expugnatam esse a thurcis. Peram captam. Naues pluris receptas magnam christianorum factam cedem. Nisi ergo nunc inuicem pacificamur: ac de modo resistendi thurcorum furori cogitamus: actum de nobis est. Quippe cesar ad eam rem q̄ferentissimus est. Si modo papa & alii reges concurrere velint. Oro igitur te ne pigriteris mihi de omni statu italie scribere quid agat in tanta nouitate sacer orbis senatus. Que mens sit summo sacerdoti: quid prudentes italie viri de tali concussione christianorum sermocinentur. Et si res ipsa quo gesta sit ordine scitur apud vos: cupio id mihi communicatum facias. Nos his in regionibus nihil aliud noui habem? q̄ ista de grecia allata nouiter borrenda atq̄ dolenda cuncto populo christiano. Que vtinam tamfalsa essent q̄ vera timeo fore. Vale: & me ama vt soles. Ex grezio die decima Augusti. Anno domini. M. cccc liii.

Congratulatur prolperitati ſucceſſus & petit certior fieri de clade con
ſtantinopolitana. EPISTOLA CXXXIX

Euerende in xp̃o pr̃ & amore frater. Feciſti probe q̃ te poſſeſſio
r nem babiturũ eccleſie ſignificaſti. Jam eñ ſcripta nõnullorum ad
me venẽrãt qui ſe male tibi ſpare aiebant. Que res mibi erat mo
leſtiſſima. Cõgratulor igit̃ tibi & gaudeo mibi: qa te põtificẽ nõ titularẽ
audio. Tua fortuna ois mea eſt: neq̃ ſine me vel triſtari vel gaudere po
tes. Videbo te vt ſpero propediẽ. Nam ceſaris volũtati domũ ad dies a
liquot repetam. Et ſi deus annuet curabo in eccleſia pſeuerare: viuereq̃
mibi & pplo meo. Interdũ & romã veniens te conueniam: & dulcis nr̃e
cõſuetudinis fructũ capiã. Q̃uis talia iaz ex grecia noua ferunt̃: que nul
lum xp̃ianum bonam habere mentẽ pmiſſura vident̃. Apud vos nõ pu
bito illa eſſe q̃notiſſima. Quare mibi feceris rem acceptam ſi vt negocia
cõſtantinopolitana rome dicunt̃ geſta me docueris. Vale optime & re
uerẽdiſſimo dño nr̃o cõmũi cõmendatum me facito. Ex gretz die. x. Au
guſti. Anno. M. cccclii.

Hortat̃ papam vt xp̃ianos cõtra tburcos defendat: & innoteſcit que
pre manib⁹ ſunt inter bungaros & auſtrales. EPIS. CXL

Eatiſſime pater & clemẽtiſſime dñe: poſt deuota pedũ oſcula be
b atoꝝ & bumilẽ mei recõmendationez. Scripſeram nup. S. vr̃e de
perditõe cõſtantinopolis. Deinde noua bic fuerunt que ciuitatẽ
illam adbuc p xp̃ianos teneri dicebant. Id mibi ad tẽpus cõſolatiõi fuit.
Sed nũc inuenio primũ nunciũ nimis verũz fuiſſe. Quibus ex rebus etſi
mibi aliter nõ cõuenit de tãta re loqui: tamẽ vt xp̃ianus tacere nõ poſſuz
Multa cuz ceſare de bac calamitate reipublice xp̃iane ſum locutus. Inue
nio mentẽ eius bonam: ſed impoſſibile eſt predare agere eũ cui deſunt fa
cultates. Qz ſi vr̃a ſanctitas cui principes auſcultant ad boc nauarit opera
ras. Nõ eſt mibi dubiũ quin furor tburcoꝝ cõprimi poſſit: & xp̃iano po
pulo bn̄ cõſuli. Tanq̃ igit̃ vermiculus ſcripſi nup & mõ ſcribo vti ad rẽ
banc vr̃a pietas viriliter aſſurgat oro velit & toto pectore negociũ fidei
ſuſcipiat: ſcribatq̃ ceſari ſuũ propoſitũ qui pfecto volẽs eſt: & aplica mã
data totis conatibus exequet̃: quẽadmodũ ex ſuis lr̃is cognoſcetis. De
rebus barũ partium bec referre poſſum. Hũgari ad feſtũ ſancti Bartbo
lomei pximũ cõuentũ babituri ſunt apud poſſoniũ cũ rege ſuo. Ibi tria
dicunt̃ agenda. Primũ danda eſt opa vt pax cum ceſare tractata ratificet̃
ad id auſtrales cupientiſſimi ſunt. Comes cilie aliũ animũ babet. Plus tñ
valituri q̃ mali credunt̃. Secũdũ eſt vt axamit ex bũgaria eliminari poſ
ſit qui multas ſtrages bũgaris dedit. Ferturq̃ iam. xiii. milia bominũ in
armis et baberead eos iam cõfugiſſe Giſcram nõnulli tradũt: ſed boc nõ
dũ certũ eſt: q̃uis receſſiſſe eũ mali animi a rege Ladiſlao cõſtet. Tertiuz
eſt vt de facto tburcorum cõſiliũ capiat̃. Hec de bũgaris. De auſtria bec
ſunt. Veniũt nũc ad ſanctitatez vr̃am legati regis dicunt̃ acturi de cenſu-

ris & de ecclesia patauien. De hoc vltimo scit vestra pietas quid cesari p̄
missum sit. Durum est offendere tantū principem & ecclesiam semp vaca
re fortasse durius. Nescio quid dicam vestra sanctitas meliorē partem eli
get. Aiunt aliqui legatos illos etiam de compactatis bohemorū cum ve
stra sanctitate acturos. Nam rex illa bohemis p̄misisse fertur. Male vt in
telligo res apud bohemos se habent: quādo hereticī dominant. Comes
cilie parum de fide curat. Rex puer tantū cupit quantū sapit. Nunc apud
vratislauū inter regem polonie & Alberti filiam matrimoniū tractat: cre
ditur q̄ iam cōclusum. Hec habui que modo pietati vestre scribere. Com
mendo me pedibus vestre. S. quā diuina pietas diu sospitē nobis p̄beat.
Ex grezio stirie die. xi. augusti. Anno quo supra.

Constantinopolitana clades veridice refert. EPIS. CXLI

Euerēdissime in christo pater & dñe mi colendissime. post humi
r lem recōmēdationē. Dedi nup dignationi vestre litteras p̄ quas
aiebam noua huc delata esse: q̄ calamitatē cōstantinopolitanā de
negarent. Ita equidē factum est. Nam de venetiis illa vana letitia venit.
Sed nunc ex pluribus locis habemus nimis verum fuisse primū nunciū.
Nam & constantinopolis capta p̄ thurcos in seruitutē redacta est: homi
mum magna cedes facta anie multe abducte sunt: & alia pleraq̄ loca oc
cupata. Quibus ex rebus verisimile est superbum & crudelem hostem nō
quieturū: neq̄ per ignauiā & socordiā: tantā victoriā neglecturā. Incū
bit ergo apostolico culmini: de tāti periculi auersione cogitare: admone
re principes ac populos instare: vigilare: festinare: nihil omittere ex his q̄
ad reipublice salutem p̄tineant. Ad quam rem licet sacrum orbis senatū
ardentē non ambigo. Tamē dignationē vestram p̄ veteri seruitute mea
bis paucis bonorare p̄sumpsi. Quibus me veluti xp̄ianū de talibus noui
tatibus anxium esse: catholice religioni timere & p̄uisione optare. Neq̄
alia sup hoc modo: de rebus bohemicis aliqua nup dignationi vestre si
gnificaui: si p̄ occupationes vestras licet: cupio responsum habere. Meq̄
vestre. P. reuerendissime quoad possum me facio commendatum: qua
cunq̄ in re possum illi seruiturus. Ex grezio stirie die vndecima augusti.
Anno. M. ccccliii.

Auctoritatē absoluēdi impetrat vicario. EPIS. CXLII

Euerēdissimo in xp̄o pater & dñe mi colendissime post humilem
r recōmendationē. Assumpsit alias vestra reuerēdissima. P. ad pre
ces imperatoris in suum vicarium honorabilē & modestum vi
dominū Iacobum plebanū in stain: qui & cesari charus est & oibus acce
ptus. Verum in litteris vicariatus nulla ei facultas cōmissa est: aut confe
rendi beneficia: aut in casibus reseruatis absoluēdi delinquētes. Sed hāc
facultatem habere dicitur episcopus pectinen. que res domino Iacobo
grauis est. Audire enim causas & corrigere excessus odiosum est. nisi &
potestas sit absoluendi & gratias concedendi. Credit autē ipse & mihi sa

tis verisimile videtur dignationē vestram id inaduerdēter obmisisse. Ea propter multum desiderat vt officium suum ampliare dignemini & potestatem sup premissis sibi cōcedere. Ad quam rem quia cesar scribit: nō est opus multa me verba facere. Tm̄ testificor id futurum cesari charissimū & dominū Iacobum pro sua virtute hoc bonoris mereri. Cupiens etiam meas preces apud vestram dignationē sibi vtiles eē. In partibus istis nō habemus alia noua nisi illa horribilia & dolenda de constantinopoli pdita. Quevt nos hic conturbant: sic & dominū nostrum & sacrum collegiū merore afficere nō ambigo. Velit autem pietas diuina oibus christianis regibus mentē dare: vt sup his cogitent: & ad obuiandū turcorū potētie festinent: de qua re parum spero: nisi dominus noster sanctissimus eis rei se principem p̄bens dormientia hominū pectora excitauerit. Recommendo me reuerendissime paternitati vestre: ad cuius mandata paratissimum me semp habebitis. Ex grezio die. x. augusti. Anno. M. cccc liii.

Excusat se cur patriā vt dixit reuisat. EPISTOLA CXLIII

c Xunie doctor amice colēdissime. Qz ad me nō scripseris per oratorem regis tui id arbitror cause fuisse: quia nō putasti me iam redisse in patriam. Nam q̄ mei oblitus sis nō cadit in mentē. Noui enim quia tenaciter amas neq̄ pueroruz more variaris. Miraberis ergo cum scripta hec recipies in quibus me intelliges adhuc germanuz esse ac vitam in exilio ducere: cum tibi me breui domum velle repetere dum penas nos aderas affirmauerim. At causa remansionis mee fuit bellum tuscie quod rex aragonū florentinis intulit. Id em̄ patriam meam in turbine multo tenuit qua de re fuit mihi antiquius abesse. Nunc v̄o quando obnixe sumus: potifex paci faciunde operaq̄ nauat. Spero me breui ecclesiam meam repeturū: ac dulcibus amicis & proximis vsurum: quibus iam duobus & viginti annis caruī: q̄uis aliquando paucis diebus domi fuerim. Hec volui tibi velut amico scripsisse: cui omnia cōsilia cōmunicāda sunt. Que apud nos agantur ex oratore regio plenius intelliges. Cesarea cōiunx bene valet scitq̄ hominibus vti sunt vti: magnūq̄ tota germania pulcritudinis nomen habet. sed maius prudentie atq̄ modestie: vtinam & soror vna ex suis ad partes has nuberet. Sic enim soror sorori consolationi esset: ad id ego quantū valeo tantū nitor & cōsilio. Rogo te serenissimo regi tuo quem nostri seculi decus magnū esse confirmāt: commendatum & deditum me facias. Dominū lupum si redierit. saluum dicas meo nomine: & similiter alterum lupum qui quondā basilee mihi beniuolus & singularis amicus. Vale cum coniuge & liberis si qui tibi adhuc nati sunt. Ex grezio stirie die. xxiiii. Augusti.

Promouet. D. pirckamer contra. D. pe. knorren de ecclesia sancti Laurentii in nuremberga. EPISTOLA. CXLIIII

b Eatissime pater & dementissime domine post deuota pedū oscula beatorum & humilem mei recōmendationē. Qz̄uis meis litte-

ris iampridē ſpectatum & doctum virum dominū Thomam pirckamer in iure canonico licentiatum. veſtre beatitudini cōmendauerim: ſuper lite quam habet de eccleſia ſancti Laurētii nurembergēn. cum aduerſario ſuo. Tamē quia lis ipſa nōdum deciſa eſt. non ab re puto eundem veſtre pietati de nouo facere recommiſſum: vt in ſuo iure confoueat. Necꝫ em̄ aliud is petit cꝫ iuſticie complemētum: quod etſi ſperare omnes de ſumma veſtre ſanctitatis equitate poſſint: hunc tamen nōnulle prerogatiue certum reddere videtur. Nam etſi ambo collitigantes boni viri ſunt docti: & beneficio de quo litigant digni. quia tamen vnius eſſe debet. non duorum hic merito preferendus eſt: qui & poſſeſſor eſt: & ciuis & acceptus populo. Quodꝫ magis ponderādum arbitror. etiam ceſarea maieſtas huic affecta eſt: eumꝫ in ſua ciuitate hoc beneficium obtinere apprime cupit: quēadmodum ex ſuis litteris veſtra clemētia plenius intelliget Quibus ex rebus valde vtile putarem ſi fieri poſſet ꝙ in hac eccleſia predictus Thomas quietus dimitteret & aduerſario ſuo de aliquo alio beneficio per modum concordie puideretur. Sic enim veſtra ſanctitas illis ciuibus nurēbergenſibus de ſede apoſtolica benemeritis ſpecialiſſimam gratiam faceret: eccleſie bene conſuleret: virum bonum promoueret: & ceſario culmini cui res cordi eſt cōplaceret. Hec pro debito meo erga pietatem veſtram volui ſcribere: cui me iterū atꝫ iterum facio cōmendatum Ex grezio die. xiiii. Auguſti. Anno. M. cccclii.

Impetrat cuidam gratiam ceſaris. EPISTOLA CXLV

Neas epiſcopus ſenēn. docto & prudenti ſacerdoti domino Iohanni forſtel amico ſuo ſalutē plurimā dicit. Binas epiſtolas tuas per hos dies accepi. In primis commendaſti amici tui cauſam. In alterius tuum negocium. Primis vt te latere non arbitror abunde ſatiſfeci. Alteris quoꝫ geſſi vt potui morem. Fui cum ceſare de tuo caſu locutus. Oſtendi tuam innocentiam: monſtraui tuam fidem: de tua doctrina ſum locutus. Supplicaui te in gratiam reciperet. velletꝫ te ſuis in dominiis tuto eſſe. Preſentes fuerunt Vlricus ſonnēberger & Iohannes binderbachius viri boni & tui amantes. Reſpondit ceſar nihil ſe habere aduerſum te fauereꝫ tibi quando velles & vbi velles in ſuis territoriis moram faceres. Dominus Iacobus tunc egrotus fuit neꝫ potuit ſermoni intereſſe. Quantū tamē ad hanc partem res tua abſoluta eſt: poteſꝫ cuꝫ voles tuto venire. De ſeruitio autem neſcio vbi nunc id tibi patere poſſit. Si venerit ſaltzburgēn. antiſtes: ero tui memor ſtudeboꝫ tuam conditionem efficere meliorem: apud me non vacat locus. Familia mihi equo maior eſt: & ego indies diſpono domum repetere ſeruilemꝫ hanc vitam relinquere. Hec ad cauſam dicta ſint: tuas litteras probo & commendo & ſuadeo vti perſeueres. Doctus eſt fies breui doctiſſimus: neꝫ virtuti tue locus deerit. Vale ex grezio ſtirie. die. xxv. Auguſti. Anno. M. cccclii.

Significat amico infirmitates suas. EPISTOLA CXLVI

Litteras tuas amātissime frater sanus accepi quibus egrotatus respondeo que res valitudinis genus neq; ab re a deo nullum mihi ignotum est. Nulla sunt corpis aut incomoda aut picula: que nō pertulerim. Febrium mille species sum exptus in vsu veluti quotidiano morbo assignatus sum. Calculi passio familiaris est mihi. Dolores yliorū rome duodecim diebus me vexarunt. Oculos pegi perdidi. Dolui dentes in vltima britanie parte quā nunc appellant scotiam. non sine cruciatu podogra quocunq; terrarū pergo me sequit̄. Quid stomachi debilitatem aut ventris torsiones referam. Nulla mihi molestia corporis nō est nota. Vnum erat incōmodum quod nōdum attigeram. Vrinarum profluuiū ac vesice lassitudo veluti quedam paralysis. Id nunc experior: non sine corrosione carnis & fluxu sanguinis. Credo te cum hec audies credi turum me magnope afflictum esse neq; falleris si ita credis. Crucior em̄ & torqueor non corpore solum sed etiam mente. Cuius em̄ tam ferreus animus est vt dolente corpore non doleat. Cōiuncta sunt hec duo corp⁹ & animus. Neq; dum gerunt hominē alteq; alterius nō turbari molestia potest. Verum ego etsi angor nō tamē ita cōsternatus sum vt nō animū ad mentem reuocē cogitemq; dolores istos aliquando vel sanitati finiri vel morte. Medicus mihi vir bonus & mei amātissimus quē optime nosti. Nobilis eques Iacobus de ladrona spem salutis proximam facit: cui ego multum tribuo. & propcer doctrinam & ꝓpter fidem quam scio in eo summā esse. Itaq; spero me breui cōualiturum. Quod si deus dederit mox equo cōscendo. ad te veniam domi quod supest vite cōsumpturus. Cogito tamē & in alteram partem res posse deflecti. Nanq; cum dubia vita sit beneualētes que nō potest in egrotāte certitudo reperi. Existimo fieri posse vt vel hoc augescēte morbo: vel alio supueniente: vitam ei qui dedit reddam. Neq; in hoc mihi cōsolatio deest. Naꝫ etsi mori extra patriam longe a necessariis nōnulli miserum putent. ego quoq; libētius inter meos q̄ inter exteros morerer. Nescio em̄ quomodo mollius ossa cubent manibus tumulata suorū. Teneo tamē menti quod ille ait: non incelebratus phīlosophus: vndiq; tantūdem eē ad inferos vie. imo etiam ad superos ad quos me transiturū non despero. Nam etsi magna peccatorum farcina premor: maiorē tamē eē diuinā misericordiam q̄ meam iniquitatem nō dubito. In hac confido: in hac me totum resoluo. Nec ego cum illis sentio qui post hanc vitam extingui animos putant. Ac propter rea mortem timēdam negant in qua nihil sit mali: mortēq; dicunt eē totum quod ante nos fuit: & quod nobis desinentibus est futurum. Nam quid homini molestius dici potest: q̄ eum ita desinere morientē vt nihil omnino post mortē sentiat. Sitq; velut extincta lucerna que neq; priusq; accenderetur lumen habuit. neq; cum extincta est habet. Hec enim si crederē terrere: ne ꝓfecto morituru. Sed ꝓsuadeo mihi verum eē qđ magni

philosophi tradiderunt. quod xps saluator pdicauit quod mater ecclesia docet. Exutis corpore animabus vitam esse alterā in qua boni a malis seorsum habitent & alii beatam & alii miseram vitam prout in corpe gesse runt recipientes. Hec mihi vera consolatio videtur: cum vita excedendū sit: sperare in concilium migrare sanctorum ascēdere super sydera: intueri celum: cōiungi beatissimis angelis: diuinitatis infinitatem intelligere cognoscere trinitatem: & omniū que nobis in terra manētibus obscura videntur tenere causas: rationes inspicere: atq; mihi ita nedum in morte nihil mali: sed multū boni esse persuadeo. His tñ quos christus ad se vocat: vocat aūt oēs qui cū vocant libēter eū comitant. Talib⁹ ego inter egrotandū exhortationib⁹ vtor. Preparo me si vocer ad exitū: vt si forte vita pellar seculi hui⁹: non tā hinc eiectus q̄ desup citatus videar. Hec tibi p egrotatione mea sint dicta. Verum quia tibi nihil tacendum est Non me solum valitudo mea cōmouet: sed etiam Petri nepotis qui febribus acutissimis detinet. Iam tamē meliuscule se habet: extra periculum positus fuit: non sine discrimine liberatur: nō sine tēpore. Libratim vt aiunt morbi veniunt: vnceatim abeunt. Sed ista parētibus suis occultanda sunt curandumq; est vt filium prius sanum intelligāt q̄ egrotū fuisse cognoscāt Nunc ad id venio in quo me vehemēter accusas: velut patrie parentum & amicorū penitus oblitum: qui nolim domum redire. Non sum Gregori vt estimas meoq; immemor. Dies noctesq; dulce solum patrie ante oculos habeo. Nunc matrē nunc sorores: nunc nepotes: nunc te mente reuoloo. Necq; aliud cupio q̄ domum q̄ primū expetere. Miror te posse opinari de me. Scribis etenim vbi ego vel dulcius: vel suauius eē possuq̄ ea in terra q̄ me produxit: & vsq; in virum aluit vbi amicorū copiā habeo & propinquoq;. Et quod maximū est cum auctoritate & honore inter meos esse possum. An non putas me cupide ad ea colloquia reuersurum q̄ aliquādo simul amici consuemus. Vbi nunc marianus zosinus Nunc Franciscus patricius: nunc georgius andrentius sermonē habeat. An non me delectabit: modo Franciscum Ptbolomeum: modo Iohannem campaniū: iam mihi episcopali dignitate equatū audire loquentem Preterea dulces cognatos & affines. Festino sane: necq; aliud cogito: nisi vt quantotius ad vos radeam. Sed curo ne dum tuo meoq; desiderio satisfacere conor. Cesaris animū offendam. Decimū sibi iam annum seruio: inueni gratiam in oculis eius. Creui sub eius vmbra multū me sua benignitas extulit. do opam cum bona gratia: ab eo recedam ne malus sit finis: vbi principium bonum meliusq; mediuz fuit. Omniū q̄ rerū exitus extimari solet. Petiui p bos dies licetiam visendi domuz: eamq; cesar ita mihi concessit: si prius inter prutenos iudicium ageret: cui dies. xii. kal. nouembris dicta est. Illum ergo expectare non cesarea solum voluntas: sed etiam egritudo me cogit. Tunc aūt si sanitas aderit: itineri me statim committam. Interea te rogo mearum rerum curam geras. matrē meam

commendatam habeas. Bartholomeus cognatum quem senio grauem accepi: meo nomine visites: vicarium horteris officium ad reditum continuare. Bartholomeū procuratorē domestice cure solerter intēdere. Amicis omnibus ex me multas salutes dicas. Senatui ciuitatis me cōmēdes: cui ex his regionibus paucas nouitates referre possum. Nam dolendus illud & acerbissimū constantinopolitanū nouum: iam vetus apud nos ē. Stulte christiani principes egerint: nisi furentibus turcis occurrere studuerint. Germani modo pacati sunt: & si quis eos ad eam rem excitaret: non apti modo: sed etiam voluntarii reperirentur. Rex hungarie in posonio conuētum regni habet. Tria ibi tractant. De modo expellendi latrones qui regnum infestant. De pace cus cesare firmanda. Ac de modis inueniendis per quos turcorum conatus ne vlterius serpat comprimi possit. Vale ex gretz stirie. iii. die septēbris. Anno. M. cccclii.

Sperat Ladislaum regem hungarie cum cesare pacem confirmare.

EPIS. CXLVII

Neas. ẽ. Henrico senftlebē. Venerabilis amice charissime. Grate sunt mihi semper littere vestre: ex quibus non mea solum negocia quē cursum habeant: sed etiā de statu curie: ac etiam totius italie certus fio. Pro quibus rebus ingētes vobis gratias habeo. Intellexi que nuper egestis i recessu cardinalis sancti angeli circa remissionē annate: obligatis me dietim magis: faxit deus vt aliquando vices rependere possim. De constantinopoli cognoui que scripsistis. Ego quoq; prius in ea re vobis litteras dederam. Calamitosa & deploranda res est. Sic nostre nequitie flagitant discordamus omnes vulneramus nosipsos intus cedimur: & exterius flagellamur: vltio peccatorum est: res male sunt: spes vo multopeior: nam que tanto vulneri medela paretur non intelligo: dormiūt nostri principes de salute cōmuni nemo cogitat nisi pontifex maximus quem de pacanda italia sollicitum ee accipio. Nescio q̄ntum eius votibus itali pareant. Sed & tanta res quanta est turcorum potentia non italos solum: sed omnes contra se christianos exposcit. Nos istis in partib9 quieti sumus. Gregorius de pucbaim cesari reconciliatus est. Rex Ladislaus in possonio conuentum habet regni hūgarie: speratur confirmaturus cum cesare pacem. Nam satis habet per se negocii aduersus Axamit: qui cum magna multitudine latronum sepusinos vexat. Cogitare quoq; de turcis vltra omnes xp̄ianos reges habet: qui eis vicinus est. Promisit etiam bohemis ad festum Michaelis proximum bohemiam ingredi coronam recepturus: que res forsitan facient pacem cum cesare vt libentius amplectat. Hec habui que nunc ad vos scriberem. Finito negocio prutbenorum cuius causa manere me cesar voluit. domum repetam: tumq; vos visere curabo. Eius rei dies est duodecima Kalendas Nouembris. Valete ex gretz die. iii. Septembris. Anno. M. cccclii.

Patauien. episcopus electus prepeditur confirmari propter cesaris in dignationem. EPISTOLA. CXLVIII

Neas senensis episcopus. D. Petro de noxeto. Magnifice comes e maior bonorande post recōmendationem. Susceptis litteris tuis vna cum breuibus. S. domini nostri mox cesaream maiestatē adiui que tunc forte in mēsa sedebat. Expectaui finem prandii: deinde semotis arbitris: reddidi sibi apostolica scripta: fingens me nescire quid illa cōtinerent. Cesar vt aperirē vtq; legerē iussit: quo facto remansit aliquantulum territus: dixitq; alia ista scripta sunt. q̄ q̄ nuper accepimus. Cui ego noua inquam cesar impedimenta. noua remedia querunt. Deinde pse cutus multa in eam partem locutus sum vt mentem cesaream ad voluntatem domini nostri sanctissimi perducerē: petiui quoq; dari responsum. Sed multū animus eius turbatus erat: duo potissime cōsiderans. Vnū q̄ electus contra voluntatē suam in ciuitate impialis feudi obtineret ēpatū. Alterū q̄ tāmanifeste & publice p oratores electi diffamat⁹ isset. Quib⁹ cum mederi verbis studerē: rñsumq; tandē deposcerē. Ait se velle reliq̄s consiliarios hīe atq; cum his plenius deliberare: iussitq; vt cum illis venirem ad se. Res est dilata p aliquos dies vt est modus curie nre: q̄ nihil absoluit sine mora. Cum reuentū esset ad consiliū: magister Vlricus sonnēberger & ego soli fuimus qui partes electi iuuimus: conatiq; magnope sumus cesaris: mentez ad illum inclinare. Sed neq; cesar flecti potuit neq; reliqui cōsiliarii ei⁹ ppositi erant vt electo mos gereret. Sic res impedita est: eo tñ deductuz negociū est vt placet cesari ecclie patauien. puideri de quacūq; psona excepto electo quēadmodū ex lris imialibus plene percipies. Neq; plus hac vice obtinere potui. Facit sibi hoc incōmodū electus ipe: qui nimis nisus est cesarē paruifacere. Misit em̄ huc ex suis vnū secretissimū marescallū. N. curie sue p eumq; nō decē milia vt mētiti sunt oratores sui rome: sed duo milia tm̄ florenoz obtulit si cesar sibi iniurias remittens p eo pape scriberet. Visum fuit cesari graue tantā iniuriā p tā parua pecunia remittere. Ille aūt dixit se ad suum dñm iturū: reuersurūq; post dies aliquot cum maiori potestate: sperareq; bene posse negociū terminari. Sic ille abiit: neq; vnq; reuersus est. Scripsimus magister Vlricus & ego ipi electo sperabamusq; negociū p minori summa posse cōponi: q̄ sex milium florenorū. Neq; putabamus rem illi citam q̄ ille pecuniam daret pro offensa domino suo facta: si gratiā mereri vellet. Est enim modus omniū gentiū vt damna pecuniis resarciant. Ille aūt electus qui pluries mihi scripserat & magistro Vlrico vt causam suam adiuuarem⁹: neq; nunciū ad cesarem remisit neq; ad nos rescripsit. Nescimus q̄ causa eum retinuit: nisi quia putabamus babuisse eum scripta de curia: p que certificatus sit etiam inuito cesare papam sibi posse nocere. Sic bonus vir sibiipi turbas facit. Et nunc pcuratores sui cesarē publice diffamant. Qd q̄ molestē sublimitas impatoria tulerit nequeo exprimere. Vtcunq; sit cesar ad id

deuenit vt placeat ei eccl'ie patauien̄. de q̄uis p̄sona p̄uideri: dūmodo ele
ctus excludat̄: per hanc viam poterit dn̄s noster eccl'iam illam pacificare.
Neq; em̄ difficile erit alium repire q̄ suam eccl'iaꝫ electo tradat & accipiat
patauien̄. vel frisingen̄. vel brixinen̄. ve eystetensis vel augusten̄. vel alius
quiuis requirat̄. Mihi tn̄ hoc mediū videt̄ magis qd̄ subiiciā videlicet:
Q̄z dn̄s noster scissimus onus hoc cōcordādi electū cum cesare in se susci
peret: & faceret q̄ electus ratū se hr̄e p̄mitteret: quicq̄d p̄ suam sanctitatē
determinaret̄ dandū cesari p̄ satisfactione iniuriarū. Putarē em̄ hoc impa
torem nō recusaturū: & sic ille eccl'iam obtineret: alioquin nō intelligo q̄
papa possit sine indignatione cesaris hunc electum p̄mouere: & possent
in hac re nasci multa mala. Nec expediret inter papā & impatorē qui mo
do se summe amant nasci rubiginē p̄pter hāc eccl'iam. Q̄z lr̄as meas legis
& summo pontifici quatenus opus est exponis: maxime mihi voluptati
est: multumq; idcirco tibi sum obnoxius. Neq; expeto vt rescribas semp̄
qui tuas occupationes innumeras esse scio: satis superq; satis est: si scripta
mea dignaris respicere. tua tamē hūanitas oēm laborē vincit. & mihi vel
manu p̄pria rescribere nō refugit. Est in te constans amicitia neq; defluit
amor tuus. Adhuc te basiliensem recognoscis & vsure veteris memoriā
tenes. Scis quātas simul duximus noctes: pauci ex acbademia sup̄sunt:
multi ex amicis veteribus periere. Quāto numerus amicorū restrictior
est: tanto decet amorē esse frequētiorē. Quē te prestare in me summū ne
scio dicere quātuꝫ me delectat. Tu te ipse meli⁹ cogitabis: qui meos mo-
res egregie calles. De patria que scripsisti plene apd̄ me nota sunt: doleo
terram illam tot cladibus affici. Spero tamē sapientiā summi pōtificis id
curare: vt nostris saltem diebus vltimis pacē habeam⁹. Q̄z si xp̄iani prin-
cipes non tm̄ sapuerint vt inter se lites finiant. Inueniēt qui eos docebit
thurcoꝝ impatorē. Et illa de nobis fabula decantabit̄: quā de rana & mu
re scibit Esopus. Deus tantuꝫ facinus auertat. Verum vt de domo mea
dicam: q̄uis hoc tempore non fuissem illic quieto anio vt ais: tamē illi ci
ues frequētibus me litteris vocitant: meamq; moraꝫ tādiutinā egerrime
ferre vident̄. Nunq̄ ex tuscia nuncius venit absq; citatoriis litteris. Sūt
modo preces modo mine quibus ad reditū vocor. Non video me posse
amplius obsistere. Cognosco me senem & morbis q̄pluribus grauem.
Itaq; statuo si deo placuerit in patria mori. Rogauiq; cesarē vt indulgeret
me domum visere. Concessa est mihi licētia circa festum Martini quinde
decim ante diebus: eo tamē pacto vt redeam in curiam. Dico me reuersu
rum si cōmoditas affuerit. At cum domi fuero per litteras me absoluam
Neq; em̄ meum est semp̄ exulem esse: scio non multos mihi annos sup̄-
esse: ne dicam dies eos dignū puto inter dulces cognatos & affines con-
sumere: quorū mihi & magna & honesta copia est. Hic puto multos esse
qui p̄positum meum damnabunt: & illos potissime qui me maiorem cu
piunt. Dicent. Si mansisset Eneas apud cesarem: hoc illi & hoc euenisset.

Fateor Petre amantissime me pluris fieri dum cesari seruio: q̄ dum maneo domi. Sed quid ad me falsa hominū existimatio. Nolo ex alieno pēdere. In me mihi stabilitatē quero. Nolo semp seruire: mihi viuere aliq̄n decreui. Quis preterea nouit si apud germanos manens melius habiturus sim. Ego de meipso iudico quod in aliis inspicio: & que peiora sunt posse mihi accidere non dubito. Preparoq̄ pectus meū aduersus oēs fortune cōtumelias: si contra me velit irasci: cuius in hancvsq̄ diem nō beneo q̄ fortune accusem. Nam siue bonores siue opes siue alia huiꝰ seculi bona inter homies eque distribuanē: scio me plus virili parte assecutū. Itaq̄ nihil mi Petre cur nō bono aio esse debeam. Facio q̄d suades letus sum. Gaudeo bis q̄ possideo bonis: gaudeo in amicis: gaudio in meipo Vtinam in alio seculo mihi secūda sint oīa quantū in pnti fuere. Quis em̄ me miserū dicere possit: qui & summi pōtificis & impatoris gratiam reperi. Magna cōsecutus sum tuo fauore: & sanctissimi domini nri benignitate: neq̄ despero quin alia etiā maiora ex vestra beneficentia suscipiā Non tamē id apud me firmū est: scio posse mutari aplicam mentē & alia multa cōtingere propter que fallaē opinio mea: imo vt verū fatear: pstua deo mihi nihil futurū ex bis que magna voce vel mihi vel cesari sunt pmissa. Non q̄ verba reputem data: sed quia mortales intelligo mores: reuertar atq̄ domum vt bis qui velit inter suos mori & iam se muneribus huius seculi defunctum putet: si quid preter spem euenerit: id cum Therentio nostro deputabo eē in lucro. Forsitan aliquis erit qui cum turbinibus seculi exemptum me viderit. O Enea dicat solus scis viuere. sicut de vaccia dictuꝫ scribit Seneca: & si illud nō pbat. Hec volui apud te dixisse ne mentē me putes graue habere: qui iubes & bene iubes: vt animo bono sim: sum no bono solum: sed etiā iocūdo: atq̄ eo magis leto q̄ te cito visurum me arbitror. De litterꝫ militie tue q̄ primū cesari verbū feci: mox cōmissa res fuit. Amat em̄ te sua maiestas tibiq̄ gratā rem facere cupit: ac de tua virtute grauiter & magnifice loquit̄. Titulus litterarū erit ille quē denotasti. Neq̄ deinceps tibi magnifico scribet̄. Gubernatorē cancellarie nolui in bac re tua onerare: quez neq̄ in meis nunq̄ negociis accedo: neq̄ em̄ mihi amicus est Sed habet cesar duas cacellarias: impialem & australem. Qui australem regant advnū oēs mihi beniuoli sunt. Ibi ego oia expedio. Illic est magister Iobānes binderbachius decretoꝝ doctor singulari beniuolentia mihi cōiunctus: buic puinciam cōmisi. Is rem tuam libēter absoluit & anio volenti. Itaq̄ lr̄e tue p latorē pntium expedite ad te veniēt. Cum bec scripsissem. placuit Iobāni binderbach qui intra decendium ad curiam venturus est: litteras tuas retinere & illas secum afferre: vt cum aliquo munere ad te pficiscereē. Nec ego id sibi negare volui quando nullum exinde piudicium fieri tibi cognoscerē: nisi decem dierū moram interuenire. De beneficiis patauieñ. Ad eum modum distribuendis vt scribis: habeo tibi ingētes gratias: pcorq̄ id solidum esse pcures:

ſi cõfirmari eũ aut puideri ſibi cõtingat. Poſt hec iã ſcripta. Captata hora magis felici allocutus ſum iterũ ceſarẽ ſup facto pfati electi. dixiq; ſibi me timere ne tandẽ papa cogeret electo puidere: quia nõ facile repiret: qui pmouẽdus eẽt ad eccl'iam quã alius poſſideret: durũq; eẽt romano pontifici inſignẽ eccl'iam diutius vacantẽ dimittere & multoꝝ principũ p electo rogantiũ ſpernẽ pces. Qz ſi ille pmouerẽt inuita ſua maieſtate nimis ſibi dedecoroſũ eẽt. Ex alia pte ꝓſiderare me aiebã graue eẽ ſue ſerenitati ꝓſentire q; ſuus inimic⁹ nõ recõciliat⁹ & q nullã ſup dãnis & iniuriis ſatiſfactionẽ impẽdiſſet ad eccl'iaz inſignẽ ſui feudi pmouerẽt. Ob quã rẽ retuli me reperiſſe vnũ mediũ p qđ & ſciſſimo dño nr̃o pape & ſue maieſtati mos gereret. Id aũt bmõi ꝓpoſui ſctiſſimo q; ſua maieſtas remitteret ad dñm nr̃m. S. plenũ arbitriũ cõponẽdi ſecũ ipm electũ: & inducendi eũ ad ſatiſfactionẽ p dãnis & cõtumacia impedietẽ: & quicquid dñs noſter in hoc facto ordinaret: maieſtas impatoria ratũ haberet puiſo q; ſimiliter electus ipſe dñi nr̃i arbitrio acquieſceret. Confirmabaz em̃ ſperare me. S. dominũ nr̃m inducturũ illum electũ ad cõuenientẽ recõpenſam & tũc ille ſine cõtrouerſia poſſet pmoueri. Ad hec dixit ceſar ſe de dño nr̃o clementiſſimo plene cõfidere. Iuſſit tamẽ in concilio rem ꝓponi. quo facto omnes conſiliarii hoc mediũ cõmendarunt: & ita cõmiſſum mihi fuit: vt beatitudini dñi nr̃i ſcriberẽ. Sic ergo dñs noſter digneẽ hoc negociũ i ſe aſſumere & inducere electũ ad humilitatẽ & ſatiſfactionẽ q̃m ceſar de ſuo arbitrio cõtentus remanebit. Alioquin vo ſtante illo cõtumace nunq̃ cõſentiret eũ pmoueri quẽadmodũ plenius & aptius ſup hoc de mandato ceſareo apoſtolico culmini ſcribo. Nõ fuit viſum certis de cauſis q; impator hoc ſcriberet: ſed veniet intra paucos dies ad curiã romanaz ſup vno alio ſatis magno negocio. dominus Iohannes pfatus & ipſe de hoc plenam habebit poteſtatẽ. Tamẽ ex nunc ceſar contentũ ſeſe dicit in eo futurum eſſe. qđ. S. dñi nr̃i inter ipm & electum duxerit ordinandu: ita tñ q; ille de dãnis & iniuriis illatis aliquã faciat emendã: tãtis exceſſibus cõuenientẽ. Habes quid in re patauien̄. p me factum ſit: nõ potui plus ſed per hunc modũ exiſtimo negociũ ipm bñ cõſummari poſſe. Vocet pietas domini nr̃i ꝓcuratores electi qui dicũt multa impatori oblata & dicat eis ſe velle negociũ cõponere. & ſi bñt ptãtẽ iubeat eos ſcribere dño ſuo & facultatẽ q̃rere eo mõ aut res votiuã habebit expeditionẽ aut honeſti⁹ illis reſiſtet. Põt aũt: S. dñs nr̃ ſcribere ceſari ſe bmõi mediũ a me ſibi tranſcriptum eẽ de mẽte & volũtate ſue maieſtatis & dicere q; id velit arbitrium acceptare & tũc res erit planiſſima: & ſi videt bonũ eẽt q; ſup hoc lr̃e aplice ad me mitterent añq̃ hinc diſcederẽ. Sic em̃ magis inſtructus ad vos venirẽ. nec alia modo. Vale optime & me ſummo pſuli cõmendato curaq; vt ſua erga me benignitas augeat potius q̃ minuat. Itidẽ ego p te apud ceſarẽ facio ſedulo de tuis familiarib⁹ teneo q̃ ſcribis. Vale ex gretz die. xviii. Septembris. Anno. M. cccclii.

Gratulatur de promotione amici in episcopum.

EPISTOLA CXLIX

Euerendissimo in christo patri dño Iohanni de agazoria eccleſie
r grosſetane pōtifici. Eneas eps senensis. S. p. d. Fuerunt mihi gratissime lre tue ex quibus factus sum certior non solum de tua dignitate: verumetiā de summa felicitate: q̄ in hac promotione es vsus. Qui celerrime atq; vno impetu ad summū euasisti. Setio me propter ea deo gratum qñ & amici mei sue pietati sunt cbari. Tres vno anno ex bis quos in primis amaui exaltati sunt Nicolaus amidauus ecclesiaz mediolanen. sortitus est. Iohannes campisius ad placentinā vocatus est: tibi grosſetana obuenit. Quis non me felicem dixerit cuius amici sunt fortunatissimi Verum Iohannes amantissime: duobus illis longe a me positis vti non possum nisi litteris. Te frui etiaz presente potero festinoq; vt q̄celerrime ad te veniam teq; complectar & vna viuam tecum. Nec scio quid boc tē pore ex diuino munere magis optare potuerim: q̄ q; diuina pietas in te mihi prescisit. Ago sedulo superis gratias: qui me respiciunt: dum meos amicos extollunt, Intelligo ex tuis scriptis q; necessarius sit meus reditus ecclesie mee. Idem quoq; ceteri scribunt: oēs me vocant amici ne cessarii noti: vincor veniendū est. Nam etsi cesari molestā rem facio: neq; summo pontifici morem gero ex almania recedēs: satis est quod ecclesie quod patri ipsi satisfacio. Facessant omnes alie species mihi viuere cuz Iobanne grosſetano pontifice cum mariano sozino: cum Francisco ptolomeo: cum Gregorio lollio: cum patricio. Cum ceteris amātissimis patrie mee ciuibus: maius duco q̄ pape aut impatoris gratiaz. diu curialem seruitutem seruiui. diu milicia secutus sum: mitti tandem debeo & inter vetera nos computari. Queris quando boc erit. Ante Martini festiuitatez binc abure decreni q̄uis scribis nō esse timendum bellum: quia romanus pontifex paci opam nauat. Ego tamē maxime anxius sum neq; de pace magnam spem babeo: nisi deus oculo mitiori italiā intueat. Accipiam tamen iter etiam cum discrimine. Raro enim res mee sine periculo fiunt: babeo deo grates quia superare soleo quasuis difficultates. Idē nunc mihi suadeo: & si frequēter obiectare sese periculis q̄periculosissimū sit. Qd sponte offers in agendis ecclesie mee tuum auxilium accipio admodum libenter. Nam id erit non vtile solum sed etiam necessariū. Germanū tuū cupio benevalere & tu optime vale. Ex gretz die. xxv. Septembris. Anno quo supra.

Promouit quendā in consiliariū cesaris.

EPISTOLA CL

Ximie doctor amice charissime. Nō babui dudum ex te lras: ne
e scio quo pacto: vales cupio tibi bene esse te memoriā mei babere tui ergo nisi fortasse dormiens immemor eē non posse: bodie de te cesari verba feci qui libēti animo in consiliariū suum te accepit. Litteras eius rei i tua paucos dies accipies: per dominū Iohannē binderbach

qui ad curiã vẽturus est orator impialis ei suis in rebus assistere te oratũ volo: interea viue nr̃i amans & q̃ gerunt̃ in italia tuis lr̃is me scire curato Vale ex gretz die. xxix. Aprilis. Anno quo supra.

Baro de puchaim cesari conciliat̃. EPISTOLA CLI

m Agnifice vir maior honorãde. Scio te magnis vrgeri curis. tum ꝓpter negocia italica. tũ ꝓpter cladẽ ꝯstantinopolitanã. iõ te multis v̄bis tenere nõ audeo: qa tñ necesse ẽ pontificẽ maximũ q̃ apd̃ nos gerunt̃ incelligere. Scribaꝫ tibi q̃ꝫ breuissime haꝝ partiũ statum. Tu deinde sue scitati ꝓut dignũ putabis scripta mea referes. Cesar baronem quẽdaꝫ quẽ vocãt de puchaim supioribus diebus aduersantẽ habuit. Is modo recõciliatus est accepta quadã pecunie quãtitate sup ceteris cõtentionibus arbitrio cesaris se submisit. In hungaria vt al's apostolico culmini scripsi: surrexit quidam latro noie Axamit: qui cum magna predonuꝫ manu regnum vexat: neq̃ gubernator potens est cum regno depellere. Ob eam causam habet ꝑ hos dies rex Ladislaus oẽs regni ꝓceres: apud possonium cõgregatos. Cunq̃ his consultat: quonã pacto regnũ expiare latronibus possit. vualachi quoq̃ cõtra gubernatorẽ arma mouerunt quẽ dñari sibi egreferebant. Est etiã quod de thurcis in eo conuẽtu cogitet: quos ꝓximos habet. & iaꝫ noua elatos victoria plurimũ timet. Que res compulsura hungaros credit̃: vt pacẽ quã diu cum cesare refutarunt vltro deposcant: nisi malicia hoim magis ac magis excreuerit. Idem rex Ladislaus in kl'. Octobris ꝓximis bohemiã intrare ꝓmisit: ibi coronam recepturus: magni ob eam rem apparatus fiunt. Ituri cum eo ferunt̃ Albertus austrie. Ludouicus bauarie duces: ac Albertus marchio brandeburgeñ. Bohemi offerunt q̃cunq̃ bona ad coronã spectãt regi restituere partẽq̃ rerũ ecclesiasticarũ redimere ab his & qui eas possidẽt & ꝓ regis arbitrio ecclesiis satisfacere. Credo res aliquãto minores futuras q̃ꝫ fama ferunt̃. In partibus rheni qui dissidebãt principes compositi sunt pacẽq̃ tenẽt. Ludouicus bauarie dux ei⁹ concordie ductor noie: re aũt marchio brandeburgeñ. Albertus fuit: qui iam principum auctor est. Res prutenicas arbitror te nõ ignorare in nostro cõsistorio pendẽtes eẽ. Ciuitates tamẽ q̃ contra religionẽ fedus iniere non putant̃ iudiciũ subiture. Nam reges polonie vires sibi accedere sperant: & armis magis q̃ꝫ iuribus fidũt Rex ille iam magistro prussie litteras dedi q̃ suum animũ in cõitatũ fauorem erectum significant. Cardinales q̃ꝫ cracouieñ mihi scripta ~~dixerit~~: ꝑ que comp̃hendo polonos ipsos cõitatũ partẽ adiuuare: hec habui que ad te scriberẽ hoc tẽpore: credo consultũ eẽ: ne festinet̃ in processu cõtra ciuitates prussie qui modo apud nos agitãdus dicit̃: ne cẽsure apostolice sicut in austria factum ẽ cõtemnant̃. Nisi em̃ sp̃uale gladiũ materiale seq̃tur: parum est q̃d populi formidẽt. Vale & ap̃lice sanctitatis pedibus me cõmẽdato. Post res prutenicas absolutas te visam. Sic em̃ licentia cesaris habeo. Ex gretz die. iii. Septẽbris. Anno. M. cccclii.

drexii

Spondet ad patriam ſuam redire etiam multis periculis obiectis dño Franciſco ptolomeo.

EPISTOLA CLII

Ximie doctor frater amātiſſime. Que per nos geſta ſunt in facto
e clari viri Iohannis Petri: cōciuis noſtri ex ipſo cognoſces. Noua
italie que ſcripſiſti moleſto ferimus anio: q̄uis fruſtra augimur.
Ex bis que ſine culpa noſtra fiunt ſperauimus pacem ꝓcurante ſummo
pōtifice non defuturam italie. Nunc accipimus ardentius feruescere bel
la: neq; ſpem eē cōcordie. Cupiebamus domum reuerti & cupimus. Ne
ſcimus tamē qua via penetrem?: vndiq; bella tonant. Peregrinū induere
nō poſſum. Prelatum agere periculoſum eſt. Statuimus tamē ad vos ire
quādo vocibus citamur omniū. neq; lr̄a vlla ad nos venit niſi reditū ſua-
dens. Quid dicamus tantis precibus niſi vincite etiam cum noſtro peri-
culo. Scimus cum quāto incomodo reuertimur offendimus ceſarē qui
licentiā prebet inuitus. Pape rem ingratam facimus. Mille nos boc tpe
viarum piculis obiectamus. Ad patriam redeamus ſuſpitionū plenā. In
ancipiti diu fuimus. At cum videremus tot p̄ces & aliq̄n minas cogna-
tarum expiremur: ſuccūbere neceſſe fuit. Veniem? igit̄ ita ſuadetis oīs
Scimus tamē te cum nos audieris dicturū. Hec ſi ſciuiſſem nunq̄ de re-
ditu ad te ſcripſiſſem p̄ boc tempus. De noſtro ep̄o ſenen̄. Nos em̄ extra
ſenas epiſcopatū babemus. Intelleximus q̄ ſcribis. Redeūtes de cauſa co
gnoſcemus: videbimuſq; ſibi an nobis mitria debeatur. Interea bonum
habe animū & vicariū noſtrum bortarevt viri cor ſe habere demōſtret
Nos etiam ſibi ad eam rem lr̄as damus. Vale Ex gretz die. xxv. ſeptem-
bris. Anno quo ſupra.

Nouitates almanie notificat.

EPISTOLA CLIII

Neas ꝛc. Cardinali ſancti angeli. Reuerēdiſſimo in cbriſto pater
e & domine mi colendiſſime: poſt bumilem recōmendatione. Re-
uocillatus ſum aliquātiſper lr̄is veſtris ex quibus romanū ponti
ficem dare opam intellexi vt & nobis italia pacem recipiat & inſultātib?
tburcis xp̄iane vires reſiſtant. Nam me quidem cōſtantinopolitana da-
des magnope angit. Spero autē ſi vocem aplīcam ortbodoxi principes
audiuerint: tburcorū rabiem retroceſſurā futurūq; vt nedum cōſtantino
polis recupetur: verūetiam vt in ſuis ſedibus: tburcorū p̄fidia cōprimat̄.
Oſtendi ceſari que ſcripſiſtis qui veſtre dignationi gr̄as agit: oratq; vt ad
pacem italie feruenti anio intendatis: qđ in rem fidei ſua ſerenitas p̄ſtare
poterit id nō negabit. Pax illa olim cōduſa inter maieſtatē ſuam & rege;
ladiſlaum nōdum ratificata eſt: modo in poſonio bungari ſunt magnūq;
cōuentum babēt. Agitur ibi de bac pace firmanda: de latronibus regno
pellendis. ac de modis p̄ quos tburcorum conatus reprimi poſſint. Ex-
inde rex iturus in bobemiā ferē: coronā ſuſceptur?: mlta de bonis eccl̄ie
reſtituēdis dicunt̄: q̄ ſil̄ia ſomno videnē. Dur; eſt veteres poſſeſſores ex
pellere. Res prutenica ap̄d nos adbuc p̄det. Timendū tn̄ ē: ne rex polo-

nie contra religionē ciuitatū partes tueatur. Principes reni cōpoſiti ſunt Alia ex bis partibus ſcripto digna non occurruut. Si dabitis pacem italie quā ſperamus: domū eueſtigio repetā & aliquādo dignationē vr̄am videbo. qđ pietas diuina cito faxit. Lr̄as reuerēdiſſimi p̄ris dn̄i aſſiſſinē ſis expeditas penes me babeo. quas p certū nunciū ad eum mittā q̄p primum occurrerit. Recommendo me dignationi veſtre reuerendiſſime ad cuius mandata paratiſſimus ſum. Ex gretz die .iii. Septembris. Anno quo ſupra.

Offerret ſe patronum voluntarium in gerēdis rebus dño vuilbelmo epiſcopo tullen.

EPISTOLA CLIIII

r Euerēdiſſime in xp̄o pater & dn̄e mi colēdiſſime poſt recōmendationē. Gratiſſime mibi fuerūt lr̄e veſtre: q̄s ex vlma ad me ſcripſiſtis. Intellexi nanq̄ dn̄ationē vr̄am. R. bene valere & me veteri ex more diligere. Cognoui q̄z in vrbe roma p me dicta eē a vobis que oportuit. Cōtentorq̄ dato reſpōſo. Circa nr̄as res bic pendētes nibil innouatū eſt: neq̄ innouabit donec dicta dies aſſit. Veſtri aduerſarii nunq̄ bic fuerunt poſtq̄ receſſiſtis: neq̄ quiſq̄ eorū noie bic cōparuit. Ideo nibil eſt cur vereri nouitates oporteat. Nam etſi veniſſent: nibil in vr̄m p̄iudicium ſine vocatione fieret. Ita ceſarē diſpoſitū & inclinatos cōſiliarios inuenio. De me certe poteſtis vobis p̄ſuadere: quia ad vr̄m cōmoduz vigilantiſſimus eēm. Lr̄e ſalui cōductus p familiarē veſtrum. d. vr̄e. R. afferentur. Scribit etiam ceſar comiti tullenſi quēadmodū deſideraſtis q̄uis apud bomines obſtinatos parum valitura ſcripta putē: p verbis verbera eſſent offerēda. Fiet tamē ſpero laudabilis finis p vobis & eccleſia veſtra ſi aduerſarii iudiciū ſubituri comparuerint. Alia nō occurrūt. Recōmēdo me dignationi vr̄e reuerēdiſſime cui ſeruire paratus ſum quoad poſſum.

Paſſagium perſuadet contra tburcos ex clade conſtantinopolitana.

EPISTOLA CLV

r Euerēdiſſimo in xp̄o patri & domino dño. N. ſacroſancte romane eccleſie. tt. ſancti Petri ad vincula preſbytero cardinali ac pontifici brixien̄. domino ſuo colendiſſimo. Reuerendiſſime in cbriſto pater & domine mi colendiſſime. Venit ad me bac ipſa bora q̄ ſcribo vir bon⁹ & veſtri obſeruātiſſimus. Herneſtus p̄tbonotarius impialis: oſtendēs mibi litteras veſtras. in quibus ſibi de quodā tbeolonio eccleſie veſtre tranſmutādo facitis mentionē. De qua re non nibil ſimul locuti ſumus. Nam & meam quoq̄ operā veſtra dignatio requirere videbitur. Non eſt quod nunc ad boc reſpondeam. quia nondum ceſari verbum feci. Decreni cum ceteris ſeruitoribus vr̄is quos in bac curia plures babetis: rem ipſam ceſareo culmini exponere et comendare. Quid reſponſi babebo: illud veſtre dignitati quātotius notum efficiam cui ſeruire in omnibus ſum obnoxius: atq̄ vtinam poſſem quantū vellem. Nec plura de boc. Propero ad alia reuerēdiſſimus pater archiepiſcopus ſaltzburgen̄. quandam pridie capelle fundationem cōfir-

mauit in valle murze in loco non remoto a sancto Laurentio. vbi per inuocationem diuini nominis & per merita sancti Leonardi plurima dicũ tur fieri miracula. Cõfirmaui & ego fundationẽ ipsam ex auctoritate cõ missionis mee. vt qui populi deuotionẽ augẽdam magis ac magis existi maui. Deinde accepi dignationẽ vestram cum per id locorum transitum faceret probibuisse capella vlterius edificareť nec diuina illic officia cele brarenť. Itaq; cum rustici & incole loci ad me redirẽt atq; remedium pe terent. Dixi non decere me neq; posse cõtra tanti patris decretũ aliquid agere remisiq; illos a me vacuos. Ipsi aũt post aliquot dies p nobiles de stubenberg ad pñtiam cesaris introducti. Grauiter questi sunt piũ opus: diuinũ sanctũq; apud eos ceptum impediri: dixeruntq; murmur esse ma gnum in plebe: cuius deuotioni obuiam ireť. Vocauit igiť me cesar ad se petiuitq; votis vt annuerẽ & nobilium & populariũ indulgerẽq; capel lam edificari & diuina ibi celebrari officia addens se magnũ bñe in sanctũ Leonardũ deuotionẽ. At cum ego nõ esse mei muneris affirmarẽ vestre reuerẽdissime paternitatis facta rescindere: petiuit saltez pmittere ad tres meses celebrationẽ ibi diuinoq; bñi. vt interim vña dignatio cõsuli posset & ita feci: nescio an illi rustici adbue miserũt ad vñam pñtiã. Quocũq; aũt sit precor rescribere mihi dignemini: que causa mouerit vñam mentẽ ad bmõi interdictum: vt fm illud ego quoq; excusare me possim; quia non auderẽ neq; vellẽ quis pacto vñis aduersari sentẽtiis. Mihi tñ in valle illa dictũ est & affirmatũ: nihil illic eẽ mali & oia ad laudẽ dei fieri & bonã eẽ ppli rectãq; deuotionẽ. Sed plebanũ scti Laurẽtii eccl'ie vñe canonicũ p suo priuato iure aduersari. Vtcunq; sit meũ nõ ẽ de vñis actibus iudicare qui sequi debeo nõ preire: nec alia de cã certitudinẽ peto nisi vt excusare me cesari & aliis supplicãtibus efficaci? possum. Nũc ad nouitates venio Pruteni de ordine sancte Marie theutonicoq; sunt apud nos in curia: pe tuntq; iudiciũ aduersus cõitates: que ligam cõtra se fecerunt. Pars aduer sa oratores miserat: sed illi apud morauiã latronũ patriaz intercepti sunt: spoliatiq; bonis omnibus in vincula cõiecti propter quam causam dicta dies iudicii necessario cicrũducť. Nescio an illi poterunt in breui reddi libertati. Rex enim Ladislaus sub cuius saluocõductu capti sunt: ad eorũ liberationẽ obnixe operam dat. Petiuitq; iam brũnam psonaliter ppin quusq; est ei latroni qui illos detinet. Puto in curia sua multos esse qui scelus boc ne puniatur adiutanť: vt sunt mores bominum. Alii amicitia alii pecunia muneribusq; deliniunť. Quemcunq; autẽ finem captiui ba beant: non video bac vice terminum cause prutbenorum imponi posse. Rex Ladislaus in bobemiam iturum se ad festuz Michaelis promisit q̃; uis bobemi id citius expetiuerint. Georgius ibi plenaz gubernationem babet. multumq; rochezane fauet. Catholici oppressi sunt. beretici domi nantur. Minores monachi qui tpe Sigismũdi pragaz redierant: instante rochezane denuo pulsi sunt. Dñs de rosenberg & alii qui fideles credũť

parum votis habet. Temporalia regni Georgius. spūalia rochezana gu
bernat. Nescio quid fiet in aduentu regis. Puto quia tenentes tenebunt
Nam puer nō poterit mutare regimē. In bungaria quomodo Iohānes
vaivoda gubernat. Sed ibi latro quidā axamit nomine homo bohemus
cum quattuor milibus hominū infestare patriam cepit. Castella quedaz
expugnauit munitiōes erexit: spolia multa abduxit: resistētes bungaros
aliquot conflixit. Nunc aduersus eum totum regnū est occupatum. atqz
hinc factum est vt nos pacem habeamus. Nam licet bungari tenere con
uenta nolint. Non tamē audent aliis implicati bellis nos inuadere. Au
strales aūt libenter pacem ratificarent: sed non audent inuitis bungaris.
Quibus ex rebus eo deducta res est vt pacē sine pace habeamus. De pa
tauien. ecclesia silentium est: Timeo ne diuturniorē vacationē eius cōtin
gat: quādo electus humiliare se cesari penitus respuit. Ego quid ibi dicā
nescio: malo silere q̄ male loqui. Accepi regē ladislaū in ea re atqz aliis le
gatos suos romani missuz. Trāseo ad maiora q̄ magis vrgēt. Qz̄uis res
oriētis satis notas & nimis heu nimis notas dignationi vre non dubitē.
Nō tn ab re arbitror de illis cū vestra pietate & colloq & cōdolere. Qui
ptes illas vidistis & quantū inde xp̄iane religioi possit emergere preiudi
cium optime nostis. Quō se habeat Grecia ad reliquā europam nō igno
ratis. Tracie situm scitis constantinopolitane vrbis magnitudinē muro
rum molem adiacentis maris & terre qualitatem pulcre tenetis. Que sit
thurcorū potētia: que latinorū negligētia: non latet vestram dignationē
Sed cur hec tam longius p̄sequor. Nempe quia infelix: infaustum: durū:
horrendum ad nos delatū est nunciū. Constantinopolim expugnatā: pe
ram thurcis deditā. Classem xp̄ianorū que opem ferre obsessis ibat victā
interceptāqz esse. Aiūt em̄ q de rascia ad nos veniūt imperatorē thurcoz
prīdie kalendas ianuarii ad vrbem cōstatino politanā machinas bellicas
admouisse: insultusqz trinos dedisse. Primis duob9 succubuisse: mltosqz
suorū amisisse. Deinde iratū omne militū robur. Ducenta em̄ & amplius
milia virorum in exercitu fertur habuisse. Muros adire atqz conscendere
scalas iussisse. Ipsumqz inter pugnatores p̄fectum aliis minatū: aliis pre
mia pollicitum. Tertiū insultum magna vi summoqz conatu aggressum:
tādem fatigatis magis q̄ victis opidanis rupto cuiusdam veteris porte
muro vrbem introisse: datis edictis vt a sex annis supra oms vtriusqz se
xus persone necarent̄. Imperator noue rome captus: mox capite trunca
tus asserit̄. Sacerdotes & vniuersi monachi: diuersis tormentorū generi
bus lacerati necatiqz sunt. Reliquū om̄e vulgus gladio datum: tanta san
guis effusio facta vt riui cruoris p vrbem currerent. Sic nobilissima vrbs
p cōstantinū primū condita in manus infidelium venit. Ab eius conditio
ne anno. M. cxxx. vel circa. Tantoqz tpe paulopluri senior roma steterat:
quando primū a gothis capta est. Athalaricus em̄ anno ab vrbe cōdita.
M. dxiiii. romam irrupit. At hic ne basilice sanctoruz effringerēt edixit.

Quid autē factura sit thurcorum rabies in vrbe regia non scio: suspicari facile est. Inimica gens nre religiōi: nil ibi sanctum: nil mundū relinquet. Aut destruet nobilia templa: aut certe propbanabit. Heu templuz istud Sophie toto orbe famosissimū: noningētis quondam sacerdotibus celebratum: mirabili opere: preciosa materia cōstructum: vel ruine iam patet vel Machometi spurcitie subiacet. Monachorum abdita sanctorum sancta lupanaribus seruiēt. Aut delebitur ciuitas nobilis aut in manus xpiani populi detrimētū thurcoruz sedes efficietur. O insignis grecia: ecce iam tuum finem. Quis nō tuam indoleat vicem? Plurime olim vrbes in grecia fuerunt fama rebusq; potentes. Legimus thebanorum res gestas lacedemoniorum & athenienssium illustria facta. Fuit corintbiorū nō cōtemnenda respublica. Clare olim micene. Lariſſa potēs: pluresq; memorabiles vrbes: quoz si nunc requiras muros nec ruinas inuenias. Nemo solum in quo iacuerit queat ostēdere. Sola ex tanta ruina vetustatis constantinopolis supabat. Que de paruo bizancī ambitu a pausania quondam cōstructa: p Cōstantinū cesarē in emulatiōe vrbis rome ad incredibile fastigiū erecta. Tantū mirabiliū operum: tantū armorū: tantū litterarum: tantū glorie habuit: vt omniū ciuitatū damna bec vrbs sola recompensare videretur. Hinc post pacē cum Gratiano factam & a Theodosio cōfirmatam veniēs cōstantinopolim rex gotboruz Athanaricus: mirato vrbis regie splendorē ac magnitudinē velut stupens dixisse fertur. Deo terrenus est imperator: & quisquis aduersus eum manū mouerit ipe sui sanguinis reus existit. Et licet post diuisum imperiū siue translatū ad frācos vt melius loquamur: sepe cōstantinopolis in manus bostiū venerit. Vt tamē vrām dignationē dicere solitam memini: nunq; illa vrbe xpiani nominis bostes potiti sunt: neq; basilice sanctorū destructe: neq; bibliotbece cōbuste: neq; despoliata penitus monasteria. Itaq; mansit vsq; in hunc diē vetuste sapientie apud cōstantinopolim mouumentū: ac velut ibi domicilium lrarum eēt. Nemo latinorū satis videri doctus poterat: nisi per tēpus cōstantinopoli studuisset. Qdq; florente roma doctrinarū nomē babuerunt athene: id nra tēpestate videbatur cōstantinopolis obtinere. Inde nobis Plato redditus. inde Aristotelis: Demostenis: Xenophontis. Thucbididis: Basilii: Dionysii: Origenis: & alioz multa latinis opa diebus nris manifestata sunt. Multa quoq; in futuruz manifestanda sperabamus. Nunc vero vincentibus thurcis: & omnia possidētibus: q̄ greca potentia tenuit: actum esse de lris grecis arbitror. Nunq; mea sententia maior greco nomini iactura q̄ modo cōtigit. Xerses & Darius q̄ quondam magnis dadibus greciam afflixere: bellum viris nō litteris intulerunt. Romani q̄uis greciam in potestatem suam redigissent: non solum grecas litteras aspernati non sunt sed vltro amplexi veneratiq; referuntur: adeo vt cū quisq; doctissimus haberetur cū grecissimū se ostēderet: nūc sub thurcoz impio secus eueniet: seuissimoz boim bonoz moz:

S.

atq; litterarū hostiū. Non em̄ vt quidam rentur theucrorū sunt soboles neq; persarū qui nunc turci dicuntur. Scithārū ex media barbarie gen⁹ profectū est. Quod vltra eusinū pirrichiosq; montes ad occeanū septētri onalē sedes prius habuisse traditur vt ethico philozopho placet. Gens ignominiosa & incognita fornicaria in cūctis stuprorū generibus: lupanariū cultrix: que abbominabilia quecq; comedit. Ignara vini frumēti atq; solis. Nullū diē festū agēs: nisi Augusto mēse quo cesari Octauiano censum dedit in auro littorico: nō coacte sed sponte sua: vidēs ceteras regiones censum p̄bere. Sapiunt igit̄ adbuc aliqui originis: licet in asia multis morati tpibus aliquid pristine deformitatis amiserint: seq; non nihil excultos reddiderit: deuitant em̄ adbuc vinū: carnes equorū: vesuncīū: vulturūq; comedunt. In libidinē prouoluti sunt: litterarū studia paruifaciunt. Incredibili fastu supbiunt. In quorum manus venisse grecam eloquentiam non scio quis bene mentis non doleat: vbi enim modo facunda ingenia requiremus? Prescisus est fluuius omniū doctrinarum. Musarum desiccatus fons. Nunc poesis: nunc philozophia sepulta videtur Fateor multis locis apud latinos studia litterarum esse illustria: vt rome: parisius: bononie: padue: senis: perusii: colonie: vuienne: salamātice: oxonie: papie: lipt: k: erfordie. Sed riuoli sunt omnes isti ex grecorum fontibus deriuati. A fonte precide riuum: precisus arescit. Quo pacto in riuo reperias aquam cum fontem ipsum inuenias aridum. Nō possum non dolere sancte pater: cū talem fieri iacturam video litterarum maiores nr̄i putabant q̄ lr̄is mandarent̄ eoq; eternam eē memoriā. Inde poeta quidā nō insulse dixerat. Eripiunt quēuis a mortis dente camene. Et nr̄ Naso nunq; se moriturū ope preclaro putauit dicēs. Iāq; opus exegi qđ nō iouis ira nec ignes. Nec poterit ferrum nec edax abolere vetustas. Et infra Nomēq; erit indelibile nr̄m. Virgilius quoq; Eurialo & niso suis versibus eternitatē elargiri posse putauit. Dū ait. Fortunati ambo si qd mea carmina p̄nt. Nulla dies vnq; me mori nos extimet euo. Nec Flaccus aliter sensit: cū de seipso dicit. Exegi monumētū ere pennius regaliq; situ piramidū altius. Quod nō imber edax nō aquilo impotēs possit diruere: aut innumerabilis annoq; series & fuga tpis non ois moriar. Decepti oēs sunt. Moriunt̄ etiaz muse: labunt̄ e memoria poetarū scriptorumq; oim queuis egregia opa. Quot iā poetas cū tēpore nomē amisisse putādū est. Nihil e sub luna perpetuū. Que principiū bnt: bis quoq; finis su⁹ est. Diu viuūt qui lr̄is cōsecrant̄: nō tn̄ imortales fiūt. Surgūt noue secte: fiūt noui lr̄arum caracteres: emergunt ingenia diuersa: q̄ oia tollūt: qcqd añ se se fuit ineptū putant. Ecce nūc turci lr̄arū & grecarū & latinarū hostes: vt suis lr̄is locum faciant: nullū librū alienū eē sinūt. Hi nūc cōstantinopoli capta quis dubitet incēdio queuis scriptorū monimēta cōcedēt Nūc ergo & Homero & Pindaro Menandro & oibus illustrionib⁹ poetis secūda mors erit. Nūc grecoq; philozophoq; vltim⁹ patebit interitus

Restabit aliquid lucis apud latinos. At fateor neq; id erit diuturnū: nisi mitiori nos oculo deus ex alto respexerit: fortunāq; vel impio romano vel aplīci sedi p̄buerit meliorē. Cū sede romana viunt: moriunt latine litere. Sed banc quo in statu videam?: supsedeo dicere de constantinopolitano de roma sermonē incboauimus. Cuius qua cadēte grecas interisse lras & dolemus & angimur. Magnū est boc detrimentū: sed multomaius illud q̄ fidē xp̄iānā cōminui & in angulū coartari vidēm?. Nā que totum olim orbē occupauerat: iā ex asia libiaq; profligata: neq; in europa quiescere pmittit. Multū est q̄ tbartari tburciq; tenēt: citra tbanaym & elespontū. Saraceni quoq; apud hispanos regnū occupant: parū est qd in orbe xp̄iani nomen obūbrat. Terram in qua visus ē deus nr̄ & annis: xxx. & amplius bō cū hominibus cōuersatus: quā miraculis illustrauit: quaq; proprio sanguine dedicauit: in qua primi resurrectionis flores apparuerūt iā diu propter peccata nr̄a crucis inimici cōculcāt. Terra bn̄dicta: terra pmissionis: terra lac fluens & mel: scelerate gētis impio paret. En ipsaq; dei viuētis ciuitatē officinasq; nr̄e redēptiōis: sanctaq; loca agni immaculati purpurata cruore saracenoꝝ iā diu manus pedesq; polluerit. An non ip̄m xp̄iane religiōis sacrariū sanctūq; lectū cōculcant Machometi satellites: in quo propter nos vita nr̄a obdormiuit in morte. Karolus magn? multo sudore primū terrā illā vendicauit: deinde perditā recupauit Gotfridus. Ad quā retinendā etiā Conradus cesar Ludouicusq; rex francorū nō dubitarūt: coactis exercitibus in asiā proficisci. Ac cū postea nostri principes desidie se dederūt: neq; bierosolima: neq; antiochia: neq; accaron in ptāte nr̄a remansere. Quicqd in asia tenuimus turpiter amisimus. Fugiētes victoriā Machometo reliquim?. Ingēs iactura: maximū dedecus. Verū tolerabilius fuit ciuitates quas inter hostes habuimus amittere q̄s bis expelli vrbibus: que nr̄o in solo fundate xp̄ianisq; cincte fuerint. Quid est qd modo amisim?: Quippe regiam ciuitatem orientalis imperii sedem. Grece gentis columna. Secūdi patriarche solium. Heu late patens christiana quondam religio quomodo coartaris & deficis ex quattuor maximis patriarchis: & solus tibi romanus supat. Quo pacto iam scire potes: ex quattuor columnis quibus omne stetit ecclesiasticum edificium tribus ademptis. Ex duobus oculis alterū amisisti. Nisi diuina te miseratio respicit: parum est quod de tua salute speremus. Quippe thurcoꝝ impator cōstantinopolitana potius victoria: nō vt pleroq; veterū fecisse legimus desidie sese tradidit. Sed peram mox aggressus vicinam vrbem: & a liguribus longo tpe possessam in deditione accepit. Classem quam summus pontifex Nicolaus cū venetis ac ianuensibus & catbelanis in auxiliū grecie struxerat. siue tēpestatib? actū: siue p ignorantiā locorū inclausam: siue alio quouis infortunio male defensam vt rumor est intercepit: maximas ibi opes bellicoꝝ instrumētoꝝ vim summā armorum omnis generis ingens pondus adept? est. Puberes omnes occidit. Tan

tiſq; nūc cladibus xp̄ianū populū affecit: quātis antehac multis ſeculis in auditum arbitror. Triplicē ille ſub vno tpe gerit triumphū: nos triplicī cōflictu cōſternati iacemus. Ferūt qui de venetiis ad nos veniunt: oīa luctibus plena eē: nullamq; domū vacare merore. Hinc matrone inde viri lugent. Alie maritos alie filios alie fratres deflēt: nulli nō propinquus adēptus eſt. Priuatim & publice lamenta audiuntur. Cōſternatus ſenat⁹ iam nō ponticam aut ſiriacam ſeu creticam ſolum: ſed adriaticam quoq; nauigationē amiſiſſe videntur. Neq; ab re albanie partē turci tenent. Quid ſi nunc victoriam ꝓſequantur: quo pacto turcoꝝ potentie duracium reſiſtet? Cui cōſtantinopolis pax eē nō potuit. Inde brunduſium ex parte italie vicinū. Quis tuebitur? Claudent adriaticum ſinū. Magna iactura veneti nominis: ſed maior chriſtianitatis: que ſupatis venetis: nō habet amplius maris imperiū. Neq; cathelani aut genuēſes q̄uis potentiſſimi ſunt: ſine venetis pares poterunt eē turcis. Satis erit illis affricanorum moleſtias & aſſiduos cope᷑cere impetus: quibus cum perpetuis cōtentiōibus agitantur. Hec mihi pie pater & acerba & miſerrima videtur: ex quibus habemus de preterito que doleamus: & de futuro que timeamus. Ideo dolenti cōdoleo. Res mala eſt: ſpes multo deterior. Videmus cladem grecorum: nunc latinorum ruinas expectamus. Exuſta eſt vicina domus: nūc noſtra preſtolatur incēdiū. Qui ſunt iam medii inter nos & turcos parum terre: parūq; nos hinc atq; inde diſiungit aquarū. Imminet iam noſtris ceruicibus turcorum gladius & nos interim inteſtina gerimus bella: fratres perſequimur: & boſtes crucis in nos craſſari ſinimus. Theutones cum theutonibus irati furiunt. Italum ſanguinem manus itala fundit. Neq; galli neq; hiſpani inter ſe conueniunt. Inter finitimos viget vbiq; ſimultas: immortale odium & male ſanabile vuln⁹. Oportunum turcorum ductor ſibi tempus elegit. Tuto grecos inuaſit: dum latinos inter ſe diuiſos accepit. Auferat ſibi mentē deus vadendi in nos vlterius: dum ſumus diſcordes. Neq; frater fratri: neq; filio pater fidit. Actum de nobis eſt: niſi diuina pietas adiumento fuerit. Sed vigilantibus atq; agentibus ſuperi fauent: ignaros fugiunt. Niſi ſe quiſq; iuuet fruſtra diuinam petiuerit opem. Audentes fortuna iuuat: timētes negligenteſq; procul abigit. Ob quas res licet ſanctiſſimū dominum noſtrum vniuerſumq; ſacri ſenatus ordinem ad reipublice chriſtiane ſalutē ſummo nunc ſtudio intentum fore confidam: magnopere tamen optarem hoc tempore veſtram prudentiſſimam dignitatem eſſe rome. Scio currentem equum calcaribus vrgeretis: neq; vllam in tanto negocio negligentiam pateremini. Nūc iſtum nunc illum cardinalem alloqueremini. Neq; apoſtolicas aures ſineretis eſſe quietas. Sperarem veſtra ſollicitudine breui prouiſionem fieri: qua non ſolum aduerſus infideles chriſtiana res defendi: ſed ſuis in ſedibus turci queſiti: cōteri atq; deleri poſſent. Puto autem in tanto negocio aut reuocabitur ad vrbem veſtra di-

gnatio cõmuni vtilitati cõsultura: aut certe iubebit. suscepta legatõe germanicam gentẽ ad succurredũ labẽti fidei excitare. Qz si neutrũ borum fieret licet ego mineruam instruere presumam, optimũ tamẽ factũ putarem vltro dignitatez vrãm summo pontifici ac sacro collegio lras dare: vt nunc in tanta rerum asperitate totis assurgant animis. Necꝫ pecuniis necꝫ personis ignoscant. Dum noua sunt vulnera remediũ querant: necꝫ putrescere per incuriam sinant vulnus. Vocent reges & principes incertum aliquẽ locũ: dicant cõueniendi diem: mittant legatos de latere summi pontificis: exponant mala q̃ passa est modo christiana respublica: mõstrent que futura timẽtur pericula: prouidẽdi modos aperiant: inter xpi anos aut pacem aut inducias belli cõponant. Crucem p̃dicent: remissionem peccatorũ polliceantur. Intonet apostolica tuba: nihil negligat: nihil hoc tẽpore omittat. Nõ est mihi dubium si locus rebus accõmodus nominetur: quin reges aut veniant aut mittãt: bonisꝫ animis hoc fidei negocium amplectantur. Ego quidem iam cesari nõ clanculũ: sed in publico consilio de bacĩpa re no pauca verba feci. Inueni mentẽ eius & volũtatem & apprime ardentẽ. Sane multi ex senatoribus qui aderant dum me hortantẽ. Cesaremꝫ respondentẽ audiuerint: vberes lachrymas emiserunt. Vidisletis senes veneranda canicie suas manus in banc expeditionem prompto corde offerẽtes. Et qui se mori beatos dicebant si militãtes aduersus impiam barbariẽ caderent. Taceo robustos viros & feruẽti sanguine iuuenes. Quibus vnius diei mora in tali negocio annus esse videt. Arbitror & in alioruz principum curiis itidem inueniri. Necꝫ renensium nobilitatem necꝫ gallorũ magnanimitatẽ: necꝫ prudentiã italorum: necꝫ hispanorũ fortitudinẽ: aut anglorũ audaciam in tali necessitate defuturam: vel ratio suadet vel animus timet. Quippe bohemos: hũgaros: polonos: ipa loci propinquitas admonebit: fiet mihi credite: fiet cõmuni omniũ xpianoꝝ passagiũ: si romani pontificis hoc tpe surrexit auctoritas ac bonorũ predicatorũ. Inter quos esse vrã pietatem cõmune iudiciu habet: fideles ac diserte voces in fines orbis terre sonuerint. necꝫ necessariuz erit de Matathia vel aliis exempla proponere: qui pro paternis legibus cum paucis aduersus hostium innumerabiles copias pugnando vicerunt: Est terra nostra fecunda virorum fortiũ: exercitum innumerabilẽ cõponere põt. Robusta iuuenũ pectora in armis brẽ: siue viros siue equos siue arma requiras: supiores xpiani sunt thurcis: nihil est qd nobis obsit: nisi vel negligentia vel dissensio nra. Siue mari siue terra pugnandũ est: velimus solũ: victores erimꝰ. Sola quondã italia greciam asiam: libiam: egyptũꝫ armis vicit. Quid nũc adiũctis germanie galliecꝫ viribꝰ agat: Scimꝰ maioꝝ nrorũ memoria quotiesc̃uꝫ latinoꝝ vires conuenerunt orientaliũ populos cõtremuisse: sempꝫ nros exercitꝰ remeasse victores: nisi forsitan aliqñ pctis pplĩ deꝰ iratꝰ vel pestilẽtia nros vel fame cõtriuit. Nã marte manifesto sp victoria penes latinos fuit. Qz si nũc bo-

nis animis xp̄ianus populus: nō tetre auaricie causa: nō inanis gl̄ie cupidus: sed dei solū zelo accēsus: ꝓ fratrū salute: ꝓ lege xp̄i: ꝓ augmento catholice fidei sumpserit arma respiciet nō ē dubiū ex alto dn̄s plebē suam letusq; sup filiis boīm hereditatē suā tuebit̄: ac nō solū de thurcis si ꝑseuerātes erimus: sed de saracenis q̄z ceterisq; barbaris gētib⁹ victrici dextera sua triumphū nobis elargiet̄. Hec habui q̄ nūc dignatiōi vr̄e cōscriberē nimis fortasse p̄sumptuose: sed traxit me feruor animi simulq; putaui dignitatē vr̄am q̄cūq; a me dicunt̄ in partē accipe meliorē. Valete in xp̄o meiq; nōnunq̄ veluti fidelis mācipii memoriā habete. Ex grezio stirie qđ bauaricū vocāt. xii. Kl'. Augusti. Anno. M. cccclii.

Littere promotoriales. EPISTOLA CLVI

Eneas ꝛc. domīo cardinali firmano. Reuerēdissime in christo pater & domine mi colendissime post humilē recomendationē. Venit ad me lator pn̄tium Georgi⁹ mayer: frater ordinis beate Marie theutonicorū: exponens mihi ꝙ ipse al's cupiens dictum ordinem intrare ac prositeri falso fratribus ip̄ius ordinis accolitum se eē dixit. Deinde receptus in religiōe: neglectis minoribus ad subdyaconatum: dyaconatum: & presbyteratus ordines ꝓmoueri se fecit diuq; ministrauit in illis. Suscepit tamen postea minores vt ait ordines ab episcopo gurcensi, Nec dispensationē super p̄missis obtiuuit. Super quibus rebus nūc tristis & dolens: vt sibi de remedio dispensatiōis oportune ꝓuiderē lachrymando me rogauit: qđ cum sibi denegarē quia facultas mea ad id se non extēdit: Petiuit vlterius sibi vt cōsilium quid acturus eēt p̄berem. Suasi ergo ei vt ad romanā curiam se cōferret: ibiq; peccatū suū deflens miseri cordiam peteret. Ait id se libenti animo facturū: sed cū de licētia supiorū suorū id agere nō posset: petiuit vt sibi auctoritate legatiōis mee illā sibi cōcederē. Interrogaui cur licētiam nō possit a suis maioribus hr̄e: dixit quia vellent ꝓfectionis causam agnoscere: quaz si eis aperiret: certus eēt quia ab eis ex ordine repelleretur: cogereturq; deinde perpetuo mendicare. Motus hac rōne dixi me sibi licētiā ei dare quātū possem: quātūq; mea sese facultas extēderet: atq; has lr̄as in ei⁹ rei testimoniū sibi cōcessi, Supplico igit̄ vr̄a dignatio eū recōmissum habeat: sueq; necessitati subueniat. Ex quo dolēs ad cor reuersus pctā sua deflet: pia mr̄ ecclesia non claudit redeuntibus gremiū: neq; mortē peccātis sed cōuersionē querit Cupio p̄ces mee sibi apud dignationez vr̄am ꝓficue sint. Nec alia super hoc mō. De nouitatib⁹ harū partiū nihil habeo qđ scriptura dignū putē. Naz silere cūcta vident̄. Pacē habemus sed incertam de thurcis. Fuerūt hic nup horrēda noua ex rastia atq; etiam ex venetiis missa. Fuitq; vehemens rumor cōstantinopolim perditā classem xp̄ianoꝝ amissam: peram thurco traditā. Id cesari & om̄i curie sue molestissimū erat. Quēadmduz sanctissimo dn̄o nr̄o sup eo negocio nō breuē epl'am scripserim. Nūc feliciora relata sunt: aut nō tamaspera noua. Dicit̄ em̄ p̄sidiū dn̄i nr̄i intrasse

constantino polim ac regiã vrbẽ defensam eẽ. Perditas tñ nonnullas naues. Itaq; mẽte quietiori sumus. Cesar ad inquirẽdũ verũ nũcios misit: quos prope dies expectamus. De bobemia bec sunt que cupio sanctissimo dño nro fieri nota. Rex Ladislaus ad festũ Michaelis eo se iturũ recepturũq; regni dyadema ꝓmisit. Georgiconẽ regni gubernatorẽ vsq; in diẽ coronatiõis & vltra ad annũ recepit. Cõpactata vt aiũt cum basilien. olim cõcilio facta cõfirmauit. Catholici in regno male mẽtis sunt: dolentq; se georgicani vtriusq; speciei fautori cõmissos. Canonici capituli pragẽ. ad me scripserũt vocatos se ad coronationẽ dicẽtes: dicũtq; se nescire quid agat. Si nõ eunt timẽt regis indignationẽ: si ꝓgant formidãt insidias gubernatoris & rochezane. Veretur q; ne cogant cõpactata recipe: & rochezanã in archiepm admittere: petũtq; cõsiliũ meũ: quia tẽpus adhuc longum est. Scripsi eis velle me de tali re. S. d. nr̃m cõsulere. Ideo bec supplico dignemini pietate aplice nota efficere: vt sua sapiẽtia ꝓ suo arbitrio ꝓuideat. Putarẽ bonum eẽ capitulo ecclesie pragẽ. in pilzina cõmoranti: vnũ breue scribi: p. d. n. in quo mandaret illis ne quid in facto cõpactator ad cuiusuis instantiã attẽtarent. Id sufficeret eis pro excusatione. Posset aũt boc breue dirigi Reuerẽdissimo dño meo sancti Petri & is vlterius facili mõ ad pilzinã trãsmitteret. Hec cũ fiducia scribo. R. dignatõi vestre quam rebus piis affectam non ambigo. Cupio me semper esse in mente dignationis vestre reuerẽdissime & illi seruire. Ex gretz die. xxvii. Julii. Anno. M. cccliii.

Consiliatur capitulo pragẽ. ecclesie quomodo se babeant.

Neas ẽ. Decano & capitulo ec- EPISTOLA CLVII.
rem armati exierint. In castro& preterea processu. quot pressure sunt: q̃ calces: quot trusiões: quot casus: quot irrisiones: quot blasphemie: nũc tuus equus aliũ cedit: & in te culpa refertur: nũc tuus leditur & afficieris damno. Litigant inuicem famuli & in bellũ descendũt dñi: interdũ seruare ordinẽ oportet: nusq̃ cedere loco licet: festinandũ est cum alii festinant tardandũq; dum alii tardant: nec prope te erit quẽ velis amicum nec ad eũ vbi sit poteris ire. Si quo casu ceciderís nemo te colliget: sed vniuerso exercitu calcaberis: & tam tu q̃ equus in puluerẽ redigeris: nũc in locis palustrib? & in luto castra ponunt: nũc in arena loco q; sterili: ex quo nec lignatũ nec aquatũ absq; magno discrimine p̃gredi queas: tũc aut estas erit & caloribus exureris: cicadis obtunderis: culicibus mordeberis: serpentibus intoxicaberis: fetoribus ac exalationibus pessimis cruciaberis. Aut est byems & tecto atq; vestib? nudus pibis: q̃ si tu forsan euaseris: famuli tamẽ & equi supesse nõ poterũt. Adde cũ prope sunt bostes maiores molestias: nunc vitandas lapides: nũc sagittas timendas: nũc fures formidandos: nũc latrones: nũc insultus ẽ faciedus in bostes: nũc cauendum est ne bostes ipsi officiant insultãtes. In armis edenduꝫ est: in armis dormiendum semper in vallo castrorum in portis excubie sunt babẽde: nunq̃ bora quieta est: nunq̃ in pace manere licet: nunq̃ tube: nunq̃ cornua tacent: nũq̃ insi die cessant. Quotiens itur ad muros vel cũ duo concurrunt exercitus: quãta trepidatio est. quot clamores nũc erigunt̃ machine: nũc ferunt̃ tribuli: cõcurrunt iacula fodunt̃ missilibus scuta. Coruscant enses: sub illo equus occidit̃: hic fossus telo ruinam minat̃. Illi caput auferẽ: huic manus amputat̃: quidã calcant̃ inter equos: quidam in foueis iacent exangues: mille facies mortis vbiq; videnẽ: non hic miseri cordia est: nõ benignitas: nõ humanitas. Sz ille vir bonus: ille miles egregius: ille fortissimus credit̃ impator qui plures sua manu necauit: quisq; cruentũ gladiũ ex pluriũ virorum iugulis eduxit. Sũt equestres pugne sunt pedestres sunt nauales: sunt murales vbiq; res sunt borrende & faciẽs inferni similis [illegible] ibi lucrari absq; iniuria p̃simi potes: nec tua sunt que bellis queruntur iniustis: vt fere sunt oĩa bella q̃ inter domesticos fidei cõmittuntur. Perdere autem illic nedum res sed vitam & animam potes: nec tute vitare bellum confidas in quo tuus rex interfuerit: nemo se mare vitaturum speret cum rex nauigauerit aut comitandus rex ẽ. aut amittẽdus inter tot tantasq; difficultates: aut iuuenis es & sufferre insolitas res non potes: aut antquus & deficientibus viribus nec inediam nec sitim nec laborem sustinere vales. Pretereo morbos qui dũ sic angimur nos aggrediunt̃: quib? coacti vel in via deserimur: vel inter ignotos plerũq; die claudũt: qui domi manentes p multos annos viuere potuissent. Sed redeamus iam in vrbes: simus in amplo spacioso q; loco quiescat curia: deerũt ne propterea cruciatus: an nõ fient indies noua edicta & constitutiones noue: quibus vt te coaptes: singulis diebus de nouo incipi-

es viuere. Siue rex sedeat siue stet: tibi tamen semp erit standū: nec vllam tuis tibiis poteris dare quietem. Sed nōnunq̄ sedes temerarius iudicaberis. Quid vero in stipendiis exigēdis: quāta morositas: quantaq̄ diminutio est: nunq̄ in tpe dat̄: nunq̄ integrū: nūc ad istū nūc ad illū remittens: diuersisq̄ mendaciis eluderis: multa sunt propter q̄ magnifico Caspari cancellario teneor: sed in hoc quoq̄ sue magnificēcie sum obnoxi? quia me nō patiē solario meo frustrari sicut alios video: qui suū gemunt fraudari salariū. Nunq̄ stipendia recipiunt nisi distributorem donauerint: nec vllus est qui tamdara conuētionis sue capitula faciat: & ad volūtatem officialium nō recipiant interpretationē qui sunt omnes auri corrosores. Sed iam de necessariis aliqd dicamus: qui & ipsi curialiū tormēta exaugent: nūc hoc nūc illud impetrari sibi petētes & siue durū sit siue absurdū q̄d optant: tamē impetrare te volūt. Quidā potētes sunt qui ex gra principis ꝓmouere propinquos possent: sed tales sunt eius consanguinei: vt vel eis benefacere nō audeat: vel si audeat infamiā populi & indignationē supra se dei sustineat. Quid q̄ amorē in se principis nemo verum assequit̄: nanq̄ vt socrates in eo quē de regno scripsit libro testatur Principes neminē nisi inconsulto quodam impetu diligūt: q̄ si quem amant: nō vt amicū diligūt. Inter pares em̄ amicitia verset̄: sed eo modo amant quo & canes & equos diligūt: fructuz vt exinde suscipiant. Quid dixi errauī: certe multoplus equus aut canis q̄ homo diligitur: mortuo quippe viro mox vir alius adest qui locuz defuncti magnis p̄cib? sibi dimitti postulat: at canis vel equi mortui vice non supplebit alius nisi vel emptus precio vel gra. Parū adhuc dixi: cū nedū nō dolenda sed optanda mors tua principi sit: qui diutius seruisti: aut em̄ pro lōgis obsequiis nō te remunerauerit: & soluit̄ obligatio morte tua: dulceq̄ suo ex ore sonabit. Ach si mortuus nō fuisset homo ille: magnis eum muneribus donassem. Aut largitus est tibi plurima q̄ te mortuo recupare se sperat: vix enim hodie dues aliquis moritur: cui principes nō succedant. Sed audi iam quot immiuent tibi molestie propter personaz principis: raro nedū inter principes sed inter priuatos quoq̄ vir bon? reperitur. Cicero in diuinationū libris. Si que rarissime fiunt monstra putanda sunt: inquit magis monstrū erit vir bonus q̄ partus mule. Astipulatur huic sentētie Iuuenalis: qui licet prius dixisset. Rari quippe boni: vix numero sunt totidem quot thebarū porte vel diuitis bostia nili. Postea tamen quasi septē reperiri nō possent amplius se restrinxit dicens. Egregium sanctumq̄ virum si cerno bimembri vt monstrū puero & miranti sub aratro piscibus inuentis & fete comparo mule. Nec diuina scriptura remissior est. Siquidem apud paulum propbete verba relata sunt. Est aūt deus verax: oīs homo mendax. Et iterum scriptū est: quia nō iustus quisq̄ non est intelligens: non est requirens deum. Ac rursus: non est qui faciat bonum nō, est vsq̄ ad vnum. Vides vt oratores ac poete cum sacra scriptura concor

dant: vides ne vt rari boni: mali vero infiniti sunt. Si ergo rex tuus ma-
lus fuerit dolebis eius infamiam eiusq; viciis cruciaberis. Si auarus ē an-
geris: quia nec te premiat: nec alios benemeritos & quia plurima negli-
git ne sumptum faciat. Si liberalior est: times ne profusione nimia oblini
et erarium. Si crudelis vereris ne in te tuosq; seuiat. Si pius egrefers: qa
non vlciscitur iniurias. Si audax pericula reformidas. Si vecors hostib9
inuides qui sibi semper insultant. Si loquax multiloquium esse non abs-
q; peccato cognosces. Si tacitus: dicis qa nec amicos nec seruitores ver-
bis scit retinere. Si vinolentus: accusas ebrietatem. Si vino non vtitur:
quia parum sit letus grauaris. Si luxurie cultor est doles: quia plurimis
iniuriatur. Si feminas fugit: dicis non esse virum. Si paucos ad se admit-
tit: displicet tibi inter illos non esse. Si cōmunis est omnibus: irasceris q;
tam reliquis q̄ tibi sit familiaris. Si omni ex parte bonus est quod mon-
strum fuerit: cum tu sis malus doles quia tuis viciis non alludit. Aut si tu
quoq; sis bonus quemadmodum est difficile: dolebis principi bono nō
arridere fortunam: semperq; anxius eris suo statui: egrotabis cum eo:
quoniam non tam filio suo pater afficitur: q̄ bono principi bonus ser-
nus. Cui etsi fortuna fauerit nunc mutationem: nunc insidias times: nec
dormies vnq̄: nec vigilabis in pace. Est insuper magna viroru; recreatio
mētis secessus: cum se aliquis retrabit in solitarium locum ac vel medita-
tur vel legit vel scribit: totūq; se musis prebet. Et nūc Platonem: nūc Are
stotilem: nunc Tullium: nunc Virgilium: nunc alios doctores iamdudū
mortuos: sed fama viuentes & scriptis alloquitur. Sed hac voluptate pri
uati sunt curiales qui semper in ocio sunt: in clamoribus: in tumultibus:
si tibi nonnunq̄ particulam mēse delegeris in qua vel legas aliquid vel
scribis: mox aliquis instabit qui te vexet. Et si alii cessauerint: non aberit
dispensator: qui prope te computum faciat: eraq; moueat: nusq̄ tibi an-
gulus patebit quietus: in quo possis cum Scipione dicere. ~~Nunq̄ min9~~
~~solus q̄; cum solus~~. Oportet te priscis illis sanctisq; viris carere: atq; inter
homines viuere quos rectius bestias omni virtute carentes appellaue-
ris. Sunt qui dicunt filios suos idcirco principibus tradere vt mores edi
scant: fiantq; virtute prestantes. Melius dicerent ad intelligendam mali-
ciam: turpitudinemq; discendam se filios transmisisse. Sunt enim in cu-
riis viciosissimi iuuenes: sermones inhonesti: ille luxuriam cōmendat. il-
le voracitatem: nemo de virtute se iactat: sed aut virginez violasse aut stu
prasse nuptam: aut emulum occidisse aut rapina sese aliquid nactum glo
riabitur: que scelera sic adolescentes imitantur atq; imbibunt: vt nunq̄
postea dimittant. Nec te putes adolescentem pudicum: sobriū: verecun-
dum & bene morigeratum apud principes inuenire: omnes huiusmo-
di sunt quales magistri. Verum est enim qd̄ Terentius ait. Ad peiorem
plerūq; partem animū applicari: si quis ad eam rem magistrum sortitus
sit improbum: sic natura iubet: velocius & citius eos corrumpunt exem

pla mala cum animuꝫ magnis auctoribus subeunt. Refero maximas deo grates qui mihi iam viro sequendi principes animum tradidit: cum iam a parentibus virtutes aliquas sic acceperaꝫ: vt amplus amittere nõ possem: ꝙ si aliud non est: hoc saltem habeo: quia nonnullas didici litteras: quarum essem omnino ignarus: si pueritiam meam curia suscepisset. Est enim in curiis principum viciosum litteras nosse: & probri loco ducitur disertus. Est itaqꝫ magna litteratorũ molestia cum se contemui per omnia viderint: & res maximas ab istis dirigi: ne dicam ego negligi: qui vix inter manus & pedes quot habent digitos norunt. Sed est etiã illiteratis sua turbatio cũ viros in curiam doctos ac latine loquentes venisse vident: quos ipsi nequeunt intelligere. Quid preterea de cõscientia tua dicam que semper inquieta est semperqꝫ te mordet: cum tu te scias multis viciorum illecebris inquinatum: nullum grauius supplicium vt Seneca scribit q̃ꝫ conscientiam: hinc Inuenalis cum tamen hos tu euasisse putas: quos diri conscia facti mens habet attonitos: & surdo verbere cedit. Occultum quotiens animo tortore flagellum: penaqꝫ tam vehemens ac multo seuior illis: quos & cedicus grauis inuenit & rhodamantus: nocte dieqꝫ suũ gestare in pectore testem. Sed audi obsecro Ciceronẽ pro sexto roscio: cuius hec si bene memini verba sunt: sua quẽqꝫ fraus & suus terror maxime vexat: suum quẽqꝫ scelus agitat: amentiaqꝫ afficit male cogitationes conscientieqꝫ animi terrent. Hee sunt impiis assidue domesticeqꝫ furie que diesqꝫ noctesqꝫ penas parentum a conceleratissimis filiis repetant. Quaqꝫ te vertis: oblocutiones de rege: de consiliariis: de teipso fiunt: cum vel nimis subditi grauamur: vel hostes instant dum curia in choreis est: aut in venationibus occupata. Nullum inter res mundanas maius: munus est hominibus a deo concessum: vt Cicero dicit q̃ꝫ amicitia. At hoc bono tamsuaui tamvtili tamnecessario priuati sunt curiales: nanqꝫ viciosissimi fere sint omnes non amicitia inter eos esse: sed factio quedam & conspiratio potest. Inueniuntur nonnulli industri laboriosi curiales: at in his adumbrata non expressa sunt signa virtutum. Videntur quidam liberales: sed rapinam sequuntur. Si sunt casti ambitiosos inuenies eos atqꝫ superbos. Si humiles ebrii sunt & nebulones. In nullo virtus est aliqua: quem mille vicia non comitentur. Arduum est in hac hominuꝫ colluuie: virum amicitia dignum reperire: ꝙ si quis inuentus fuerit bonus: vel regi non placebit vel magnatibus: nec eius vti beniuolentia poteris: quia non licet in curiis habere cõmerciũ inter illos qui non sunt accepti: videbisqꝫ nonnunq̃ꝫ illos quos diligis: et qui tibi sanguine sunt coniũcti ad suppliciũ rapi: et q̃ꝫuis difficile sit tacere cum doleas nec cõqueri poteris neqꝫ hiscere. Sepeqꝫ cũ illo cõuersari cogeris qui tibi vel patrem vel matrem occiderit. Si eius conditionis fueris vt famulatum possis tenere: inueneris seruitores tuos ebrios: gulosos: rixososqꝫ: insolentes: immemores: negligentes: in-

ertes: adulteros: homicidas. Si rursus tu alteri famuleris: dominū auarū
queruloſum: nuidū: temulentū: loquacē repies. Diſcurre p omnes curie
ſtatus ꝯcōtēti cōſiliarii ſunt: ſuis cōſiliis nō acquieſcere principes. Quid
aiūt cancellarii cū eorū lre ad bonorem regis & vtilitatez ſcripte tranſire
nō pñt: niſi correpte & ex bono in malū mutate. Quid magiſtri curie &
mareſcalli: dū obedientiam non inueniūt: qd magiſtri camere dū eorum
cōputa corripiunt: qd capellani dū in celebratione diuinorū officiorū
ſuſpendunt: quid medici dū negligi ſana & nociua recipi cernunt: quid
milites. quid cubicularii: quid tubicines dū ſtipendia ſibi negantur: qd
coqui qui nil parare ſine reprebēſione pñt: Nullus eſt cui non ſint in fi-
nite moleſtie. Atꝯ vt breuiter dicam: p multas tribulationes intrant iu-
ſti in gloriam dei: curiales vero cum multis cruciatibus acquirere ſibi ge
bennam ſtudent. Nihil de clericis & religioſis dixerim qui cum Joſeph
pallium: cum Matheo thelonium: cum Johanne ſindonem: & cum ſama
ritana cupiditatis ydriam iuſſi ſunt relinquere. Taceo & illos qui neceſſa
rio & inuiti ſequunt curiam. Nam vt Cicero pro ſexto Roſcio dicit: qđ
ego inuitus & neceſſario facio: nec diu nec diligenter facere poſſum. Cre
do iam me promiſſioni mee ſatiffeciſſe: quia ſtultos eē probaturum dixi.
omnes qui aliam vitam habentes in qua poſſint ſe boneſte traducere: cu
riarum moleſtias ſequuntur. Quod cū ita ſit relinquamus hoc pelagus
inquietum: noſꝯ in aliam vitam redigamus. Nanꝯ ſi pacem cupimus:
ſi ocium diligimus: ſi nobis viuere volumus: ſi ſalutem anime querimus
fugienda ſunt nobis atria regum & aulici tumultus: in quibus nec requi
es nec bonarum artium exercitatio: nec virtutis amor aliquis regnat: ſed
auaricia tm̄ libido: crudelitas: crapula: inuidia & ambitio dominatur. qui
bus viciis qui ſit deditus: nullo ſe poterit argumento tueri: quin apud
viros doctos & malus eſſe conuincatur & ſtultus. Vale vir niſi ex curia-
libus vnus eſſes meo iudicio prudens. Pridie kl̄. Februarii. Anno ſalu-
tis. M. cccclv. Ex pruch.

Gaudet de reditu amici. EPISTOLA CLXVII.

C Aſpar ſchlick cancellarius imperialis. S. p. d. Reuerēdo patri do-
mino Johāui carnaial iuriſcōſulto & apoſtolici palacii cauſarū au
ditori. Venit ad me nuncius tuus cū lris quib⁹ mihi ſignificas te
ſterū nurēbergā repetere. In q̄ re ꝑbetā me reddis: ſcis em̄ hūc reditu3
tuum me tibi predixiſſe: quia dietas noſtras pretermittere non potes.
Et ſicut arbitror inter nos libenter viuis: nam & nos letis animis te intu
emur. Sed vellem ego aliam ob cauſam te inter germanos commorari:
nec ſemper hoc eccleſie negociū in manibus noſtris nunꝯ expediendu3
penderet. Longe nanꝯ plus mali ſecū affert hec diuiſio chriſtianorū qa
inuicem litigam⁹: ꝯ th:urcorū impugnatio aduerſus quos cūcti ſentim⁹
idem. Sed dabit deus bis quoꝯ finem. Quod de diete curſu depoſcis:
non poſſum cū certitudine ſcribere: hoc ſcio & hoc tibi notū facio noſtrū

regem indies se instruere vt ad dietam ascēdat. Diē certam recessus prescribere nequeo: sed omnis apparitio fit vt q̄ totius iter sumat. quid aūt impedierit celeriorē recessum dicā tibi cū p̄sentialiter verba seremus. nā & bohemor & hungaror res innouate sunt: quas me referēte plenius agnosces. Tum etiā quomō in re frisingeñ. successerit tibi aperiā q̄ q̄ iā audiuisti germanū meū castrosum & aduersariū meū castratū eē. cui iam adēpta sunt q̄ inuaserat castra. Sed multe nobis p basilienses inferunt mi ne aduersus quos opus erit armis tuis ne iuri nro & aplice sedi fiat iniuria. Noua bona q̄ scribis de afferre leto corde intelligā vt illinc fructi aliquis emergere possit qui te nosq̄ leticia compleat. Vale optime. Ex vuienna. xx. Maii.

Reprehendit cardinalem non scribentem. Et iterum cesarem scribit ad vnionem ecclesie tractaturum. EPISTOLA CLXVIII

Aspar schlick cancellarius imperialis. S. p. d. Reuerēdissimo in xpo patri dño Iuliano cardinali sancti angeli. Accedūt nos indies exbuda diuersi nūcii nec vllus est qui me tuis lris cōsolet. Quid cē sit nō scio, solūq̄ mirari me restat interdū etiam cōiecturis vtor sepeq̄ me cum dico. Aut nimis secū de sunt res cardinalis q̄ fuitor obliuionē prestant: aut nimis aduerse quas scribere non vult ne me cōtristet. Sed neq̄ hic quiesco. Nā cū tuam prudētiam & summā sapiētiam mēti reuoluo: scio quia nec p̄speris rebus inflaris: nec cōtrariis succūbis: sed quēadmodum de Socrate suo dicere xantippe solebat: in omni fortuna vultū eundem geris: nec vultū dumtaxat vt ille sed animū quoq̄. Cur ergo aut vnde sit hec taciturnitas nō possum agnoscere. Is nuncius qui mo palatini lras ad me detulit: epl'am meaz inquit se tue paternitati reddidisse. Possz aliquis dicere latere tecū aliquid huc veniūt: id fit quia nō ē inquisitio facta. Nō admitto expurgatiōz: aut altior causa q̄ quiescere faciet: quā nec cogitare possum nec somniare. Vtcūq̄ sit p̄cor tuaz dignitatē ne me deobliuioni neue me tuis scriptis priuatū facias. Cupio scire sospitatē tuaz: regni būgarie statū: & quid aduersus pfidiam Machometi sectam paret. Scis itaq̄ nos eē cōdictos: vt & tu mihi būgarica & ego tibi theutonica facta renunciē. Inter oēs boies seruanda sunt pacta: & hinc fides dicitur: ga fit qđ dictū est. Si nō est apud te papirus: scribe more vetusto in cereis tabulis. & ego abhinc naue nō papiro tm̄ sed etiam pgameno p hystrū tibi onustā mittere curabo. Nūc me qđ repbēdo ipe faciam: signif. cabo q̄ hic fiat. Dilatū est vsq̄ in hanc diem iter ad cōuētuz nurnbergeñ. nō sine magnis & arduis causis possum dicere nō esse itum. Sed cur nō sit itū & si scio causas nō possum dici. Tu scis regibus quāte sint cure. Nō tam facile rex mouet castra q̄ miles equū ascēdit. Nūc iā sumus ad iter accincti. Nō puto me amplius ex his locis tue reuerēdissime paternitati scripturū. Ex nurēberga meas fortasse lras recipies. Illuc sequunt regē Albertus & Sigismūdus austrie duces. Vlric⁹ cilie comes & dns de vualsee

principes theutonie & oratores cõitatum oẽs aderũt. Quid secuturum sit in reb? ecclesie: nedũ scribere sed cogitare difficilimũ ẽ. Sũt em̃ inter se principes admodũ discordes: & alii huc trabunt. Iobãnes carnaial vir tũ doctus: tũ sensatus: & Nicolaus cusanus nr̃i sanguinis oculatissim? illic sunt: & alterius partis oratores. Iã tonitrua & choruscatiões inceperunt Vtinã pluuiã nõ grandinẽ habeam?. Sunt nõnulli qui iudicia sua pluris faciũt q̃ totius orbis sniam. Voluissem in hoc cõuentu tuã reuerendissimam paternitatẽ vt vidisse quale bellũ apud eos verbis gestũ sit. In quo certamine scio quantũ valuisses. Preliũ cõtra infideles: etsi militũ cohortationes desideret: & cõcilia matura manibus tñ q̃ verbis magis gerendum est: nec p̃terea minus ẽ vtile vnionẽ in ciuitate tueri q̃ hostes pellere. Quid em̃ p̃dest eos qui extra ecclesiã sunt ꝛprimere si ab his q intus sunt laceramur. Sed dixi iã satis. Ex italia nihil noui habeo nisi q̃ ille cõtus qui senis p̃ cõi totius ausonie pace diutius sedit: rebus infectis dissolutus est: nec animi principũ cõiũctiores sunt q̃ ante fuerũt. Tibi forsitan certius illius terre noua scribunt̃ vnde tua origo est: mihi qa solo matero genere sum italie cõiunctus nõ t amdiligẽter singula patefiunt. Vale optime & me q sp tuus fui & ero vita comite noli scriptoꝝ tuoꝝ expertem facere. Datũ vuiẽne die. xxiiii. Junii. Anno. M. cccc xliii.

Laudat treugas in regno bũgarie fieri & aliqua de vnione ecclesie ac de passagio cõtra thurcos inserit.

EPISTOLA CLXIX

c Aspar schlick cancellari? impialis. S. p. d. Reuerendissimo in christo patri domino Iuliano cardinali sancti angeli apostolice sedis legato. Eram dubius q̃d causę foret q̃ ad me diu non scripsisses. Verebar nãq̃ neue mei eẽs oblitus vel alia tibi molestia cõtigisset q̃ scribere nõ p̃mitteret: cũ litteras tuas accepi in die ascẽsionis ex buda missas. que mihi non solum dubietatẽ ademerũt sed magnam quippe voluptatem & leticiam prebuere. Ex illis nãq̃ sospitatẽ tuam intellexi: & memoriam mei semp̃ menti tue berem. Agnoui quoq̃ quo animo litteras cernis meas: q̃d certe ex amicitia prouenit vt scribis: cuius aliqui inter seruũ & dominũ non amicitiam sed tm̃ dicant dilectionẽ vigere: nõ est tamẽ de re sed de nomine disputatio: mihi tam seruí qui p̃ salute dominoꝝ q̃ domini qui pro seruorum capite magnis sese obiectant periculis veri videntur amici. Quis em̃ seruũ illum non vere amicũ iudicet: qui ob vindictã necati amici: penoꝝ imperatorem interemit: captus ridẽs crucem sicut et Liuius scribit & Cicero: nisi fortasse dicere volumus seruum eẽ desinere qui domini nanciscitur amicitiam cuꝫ amicus sit alter ego: & amicitia nihil sit aliud q̃ diuinarum & humanarũ rerum cũ summa charitate cõsensio. Inter cuius pomeria nec seruitus intrat nec dominiu: sed siue hoc siue illud sentim?: mihi palam est ex amore fieri q̃ epistolis meis benign? est auditus tuus. Et quia sic confido scribo sepius tue dignationi: nec vereor ineptias meas ostendere: & nunc res leues nunc irrisione dignas si-

gnificare: dum tui non videar oblitus qui semper sum memor. Sed vti-
nam reuerendissima paternitas tua quo vultu quo animo: quaq; iocun-
ditate & alacritate tuas susciperem litteras: certe non semestre sed omis di-
es mihi scripta tua differret: cum me scribere poscis ipe pocius scriberes.
Sed mitto hoc: sperans deinceps frequentiores epistolas ex te me rece-
pturum. Quod de treugis refers cognoui libenter. naz & ego in hac pte
magnam operam prebui vt reciperent: vt qui hungarie tanq; patrie mee
bene ee cupio. & illius videre quietem toti affecto precordiis: nec exerci
tui cotra thurcos ituro vellem aliqd obstare: tum q; subditos meos pa-
cis comoditate potiri desidero: Sed timeo ne meu desideriu euanescat &
plus aliis q; mihi mea stultitia prosit bene fit q; aliis conserimus agros.
Nam Pancracii satellites qui casilii sunt: non abstinent boldis meosq; ru
sticos non sinut quiescere: sed grauiores indies exactiones agitat. Vt iam
videre videar treugas ipas q omnib? sunt accomode: mihi tmmo noxi-
as fore nisi aliter ꝓuideat. Ego certe apud cesare nrm summo studio ni-
xus: vt in agris magnifici palatini boldar cessat exactio. In qua rescriptu
est capitaneo taurini quantu opus e: nec illius agricole amplius vexabu
tur. Cofido igit palatinu ipm mihi vicissitudine reddituru sicuti sibi scri-
bo. Sed proderit etia mihi diligetia tua cu ipo palatino si apud rege po-
lonie & alios ꝓut res desiderauerit mea causam ꝓmoueris. Ad qua rem
no porrigo multas pces: quoniaz viris prudentibus & amantibus satis
est indigentiam denudasse: vulnusq; medico detexisse. Solum peto vt
treuge que publice sunt vtiles priuatim quoq; frugifere sint: qa nec pub
lica sine priuatis sunt: nec sat est erarium ciuitatis vel principis abundare
nisi & domus priuate sint opulente: scrinia ciuium plena. Magnope cu-
randum est vt be biennales inducie rate sint & stabiles: quonia sicut exi
stimas aliquid pariet hec teporanea pax: vt melior possit haberi & logi-
or. Nam sicut ex puo bello maius sequit: sic ex breui pace gigni diutur
nior pot. Mollificabunt boe biennio sicut putandu est truces animi: sub
ibit iniuriaru obliuio: comercia inuicem habita familiaritates parient ex
quibus facile si sic diuine pietate placuerit vniuersalis concordia poterit
inueniri qd deo cocedat. Nuc res ecclesiasticas ingredior. Laudas me q;
in nurebergen. conuentu labores meos pro pace ecclesie & veritatis de-
fensione sim positurus. Hoc non me dignum laude sed indignu repre-
bensione facit: quia obnoxii sumus omnes qui christiano censemur no-
mine: matre nram ecclesiam consolari: veritatem tueri: christi vicariu bo-
norare: apostolice sedi reueretiam atq; obedientia impertiri. Qui secus
agit dignus e obprobrio & anathemate: ac ecclesia labefactat: bos decet
potissime insurgere qui maiori auctoritate & ptate fruut. Et bi maxime
arguedi sunt: si negligetes aut desides crescere malu sinut & virus effun-
di amplius. Me quidez & mei similes oportet hortari: rogare: instare: &
incessabili vocis tuba damitare vt principes euigilet: manuq; opponat.

Apprime vim
laudandus
Romo
Petri
Virtu
martirio
coronatus. Ille
martirio meruit
Hic pauit ouez
Christi. Ille sua
ꝓpria redemptor
Petro. O
Mercurius
Babilon

Quod ego ꝑ mea virili nō negligo: ſperoq; ſi res nō bene iuerit mihi nihil ē imputandū: quia nec clauus nec temo in manu ē mea. Iam ibimus nurēbergam. Nam rex & ſui fratres german⁹ & patruelis itinere ſe accingunt. Puto quia circa iobānis feſtū exibim⁹ auſtriā. Quid ſecuturum ſit nec dicere poſſum nec opinari. Tot em̄ capita ſunt vt nihil difficilius ſit. q̄ vaticinari quo illa diuertant: quot homines tot ſnie. Audio plura q̄ me cōturbant. Vtinā ſicut al's ſcripſi tua reuerēdiſſima paternitas in dieta fuiſſet: qa & cōcilio & auctoritate multū ad pacē valuiſſet. Quicqd ſequet̄ fortī aio tolerandū erit: q̄uis nō putē id obtinere qđ paucorū puidia & ambitio q̄rit: ſed tñ aduerſus bos tua paternitas ꝑſuiſſet & cū regia maieſtate & principib⁹ electorib⁹ de paſſagio tractare potuiſſet. Res ardua & magna. magnos ꝑmotores deſiderat: nec tot principes in vnū cōuenire queūt: niſi facūdia boni viri moneant̄. Ipi ꝑ ſe principes nūq̄ iſta ſomniant: nec fidē ꝑbent ſi q̄s nō maxime auctoritatis velit ꝑſuadere. Ego certe reuerēdiſſime pr̄ egregie qđ ſcribis cupio. nec derideo cogitatus tuos vt ſuſpicaris: ſed probo laudo q̄: nec ſcio in qua re poſſis vtili⁹ q̄ in hac inſudare. Quid em̄ vel honeſti⁹ vel ſanctius ē q̄ nomē xp̄ianū ampliare: q̄ fidē ſeminare catholicā: q̄ alas dyabolica fraude deceptas ad lumē veritatis reducere. Hoc ē ſane qđ cardines decet eccleſie: hoc ē opus eccleſiaſtici viri: hoc dignitati tue p̄cipue ꝓuenit: ſed mihi reuerēdiſſime pr̄ impoſſibile videt̄ tantū op⁹ p lr̄as fieri. Cū atheñ. bello ꝓmouerent̄: Demoſthenes q tūc exul erat nō lr̄is q̄uis ſcribere facūdiſſime ſciret: ſed lingua vniuerſas grecie ciuitates in fauorē patrie nouit. Idē mihi tue reuerēdiſſime pr̄nitati gerendū videret̄. Suſcipiēda legatio foret ad germanie gallie & britanie principes: rogādus rex nr̄ vt ſicuti regū prim⁹ ē ita & belli principē ſe cōſtitueret. Scio q a mineruā doceo ſed nō obeſt. Magna res hungaria ē multos viros habet: multaſq; vires: ſed ad pellendū thurcos: europamq; vindicandā maiori potētia opus ē: nec tu id inficiaris: q & germanos cōcurrere cupis & italos & claſſes. Sed mihi nō ꝑſuadeo tantā rem per lr̄as poſſe moueri. Ideo videre vellē reuerēdiſſimā pr̄nitatē tuā principes nr̄os apire cū mādatis & bullis aplicis & eos q cōſentiūt lr̄is: q̄ caſu nedū de paſſagio grecīā ex vngulis Machometi: ſed aſiā quoq; liberā dā ſperarē. Hec volui dixiſſe cu venia. Cōmendo me tue pr̄nitati reuerēdiſſime. Ceſar tibi & virtuti tue mirūimmodū ē affect⁹. De⁹ ſecundū iter tuū & qđ paras opus. Datū vuiēne. xxiiii. Maii.

Exponit quo pacto eps patauien̄. Fridericū ceſarē honorauit.

Neas ſilui⁹ impialis ſecretari⁹. EPISTOLA CLXX

e .S.p.d. Iobāni cāpiſio p̄ſtanti plō & amico veraci. Iubet lex amicitie omnia inter amicos eſſe cōmunia: ſiue modeſtia: ſiue iocūda que contigerunt. Te hec philozophia iamdudū & a teneris vt aiunt unguiculis edocuit. ideo non agam hoc pluribus ſed ad rem veniam. Magna mihi per hos dies oblata voluptas eſt: ad cuius plenitudinem ſola

tui pñtia defuit que mihi omne gaudiuz solidius reddidisset. Sed cõmunicabo tibi litteris qđ verbis nequeo: cuius & calamus impotens est oia referare. Audi tamẽ & voluptatis mee porciunculam recipe. Fui nuper apud vuiennã plurimũ mestus: quia cesarẽ nostrum res tum ecclie tũ imperii timebã negligere. Nam qđ dictum & scriptum fuerat de cõuentu nurẽbergeñ. videbam quodãmodo postergari. Sed aduenerũt mox regia mandata que nos sequi regem iubebant quoniã is die iouis. ix. iulii ex nouaciuitate recesserat iter suum versus nurẽbergam cõtinuatur?. Letati omnes hoc nũcio sumus. Ego cum magnifico cãcellario Caspare tui amante regiam maiestatẽ biduo sum secutus. Post cum rex opidum suũ quoddam extra viam positum visere vellet. nos anasum preximus vbi olim ecclesia metropolitica floruit laureacẽsis dicta. Fuit. n. laureata vrbs admodum insignis in ampla campoz planicie & super flumen qđ etiam anasum vocitant. Sed postq̃ athilla rex bunorũ vrbem banc deleuit vbi arx erat opidum ex nomine fluminis restructum est. Sedes vo metropolitica in salczburgam translata. Hic vna nocte consedimus. Postera die cũ duo miliaria teutbonica cõfecissemus nemus supra collem transiuimus: castellum conspicimus ecclesie patauieñ. qđ alii aporum planicierũ montem appellant. Ibi prelatus insignis residebat Leonardus episcopus patauiensis. qui susceptur rus regem illic obuiam venerat. Tu bominẽ nosti. Nam & hic vuienne fuit cum tu cardinalem sancti angeli secutus regiã maiestatẽ iam annus est visitasti: vir elegantis state: blandi colloquii: ingenii prudẽtis ac liberalis: qui primũ in concilio regio locum tenet. Hic vbi ex alta specula cancellariũ vidit aduenientẽ: marescallum suum obuiã destinauit qui nos ad secretam viam deduceret. In publicis aũt diuersoriis preceptũ erat ne quid nobis venundaret vel ad bominũ vel equorũ vsum. Et quia dispensator cancellarii preuenerat iamq̃ popinam armauerat omnia iussit eripi. nec vnum ex familia nostra passus est extra arcem eẽ sed equis etiam pabula ministrauit qđ vbertim triduo factum est. Venimus igitur ab eius conspectum: postq̃ hic diuina pegerat non tam letus berculem suscepit euander aut acheates anchisen. q̃ hic nostrum cancellarium. Nam & illum & nos singulos blando vultu & alacribus oculis ad se recepit. modestoq̃ risu quoslibet amplexabat ac dulcissimis verbis cõsalutabat & vt quilibet valeret pcunctabat, nec nos vti seruos q̃ nõ erat impar. sed vt filios vel fratres ptractabat: nemo crede mihi est Iobannes amantissime quem vnq̃ viderim tãbenignus atq̃ humanus in suos bospites. tãmagnificus in edificiis tãsplenditus in couiuiis. tamlargus erga personas miserabiles tam equus in subditos. tam iustus in omnes: q̃ istũ prelatum accepi. Hospitalitatẽ magnificentiaz ac liberalitatẽ egoipe sum contemplatus. Neq̃ hic sicut plerisq̃ bona ecclesie inter necessarios partitur. aut in alios illaudabiles vsus cõuertit: sed elargitur pauperibus christi q̃plurima. Nec princeps ẽ bis in partibus añ cuius ostiũ plures pascanẽ

X

inopes. Taceo elemosynas quas clanculũ facit. Nam̃ & comitibus & ba
ronibus nõnullis occulte subuenit: quos rota fortune instabilis p̃cipita
uit. Patet p̃terea dom⁹ eius p̃claris semp̃ hospitib⁹. Et lꝫ ea resistentia quã
tibi Albertus austrie dux fecit: qui postea rex hũgarie bohemie ac roma
norum fuit: in octuaginta milibus aureorũ suam eccl̃iam dãnificauit: hic
tamẽ postea q̃ꝫ pacem nactus est: in edificiis tum castrorũ tũ eccl̃iarũ repa
randis septẽ & viginti milia florenorũ exposuit. In redimẽdis aũt censi
bus ac prediis pignore datis tria & viginti milia. Vtinã tales p̃latos tri
dẽtina sortita fuisset eccl̃ia. Sed quid ego ista cõmemoro: sequar qd̃ cepi.
Erat iam prãdium opiparis epulis appositũ. Ascẽdimus aulam ibiq̃ iu
xta fenestrã quã leuis aura p̃flabat cõsedimus. Primus erat eps̃. secũdus
cancellari⁹. tertius illustris comes ottenbergeñ. q̃rtus p̃positus frisingeñ.
vir & nobili loco natus & iuris interpres. Sed nec mihi vltimus locus in
tam sublimi mẽsa negatus est. Credo me alienigenã honorare voluerũt.
Nihil lauti⁹ illa quadra fuit. nec tã florẽtes epulas metellus q̃stor hispa
ni dicit̃ habuisse: nec tã exquisita fercula crispinus aut apici⁹ & alii roma
ni vorabant. Postq̃ꝫ abrogatis cibarioꝝ legib⁹ prisca seueritas luxu cessit
maligno: mos germanoꝝ est pisces carnibus admiscere nec felix putat̃ q̃
tm̃ carnibus vescit̃. Suauissimi igit̃ fuerũt pisces appositi; q̃s tũ danubi⁹
p̃pinquus tum trauna p̃terlabens administrabat. Nescio quẽ accipẽserẽ
laudãt antiqui q̃sue murenas. Ego inter edendũ sepe recordatus sum ei⁹
quẽ Arestotiles dicit collum gruis optauisse. vt q̃ꝫ maxima ciboꝝ volu
ptate p̃frueret̃ inter carnes aũt ardeã comedim⁹ turdos altiles orices cer
uum aprũ leporẽ; omitto reliq̃. Nec dum hec legis saliuaꝫ in labra dedu
cas mũdatosq̃ꝫ dentes lactuca fatiges. Inter alias autẽ voluptates iocun
dissimũ erat ſuatas p̃ hyemẽ glacies in feruẽti estu mense apponi; vinaq̃ꝫ
illis reddi frigidiora. Quid tibi de vrbanitate faceciis miroq̃ꝫ dicẽdi lepo
re huius prelati satis potuerim dicere. Sunt nõnulli qui hospites q̃si ve
recũdia coacti vocitant oẽmq̃ꝫ morsum dinumerãt: ac cum agnũ lacerari
dentibus cernunt nõminus tristant̃ q̃ꝫ si ꝓpria mẽbra mãdarent̃. At hic
presul tunc dolebat tunc increpabat hospites cũ cesare videbat nec q̃ edi
lia ponerent̃ sed q̃ nõ esa fuissent q̃rebat̃. Q̃ꝫ si vt dicimus nobilitat mul
tũ frons generosa dapes: quid tunc dicemus cum laute mense copiosisq̃ꝫ
apparatibus & vultus leti & verba gratissima adiũgunt̃. Postq̃ꝫ v̄o exẽ
pta fames epulis menseq̃ꝫ remote sunt: ducit nos potifex p̃ castruꝫ. locaq̃ꝫ
singula monstat: sitũ ostendit & quicqd est laudabile in ap̃to facit. Prebe
aures paululũ: locũ tibi describã vt cum legeris exhylarari etiã possis. Ca
stellum hoc in ea terra est q̃ inter bauariã & austriã iacet marchionat⁹ ana
si: Quidam volunt hanc esse portionẽ austrie postq̃ꝫ ibi ducatus erectus
est. Sedet aũt castellũ in rupe tramie cui ab oriente austria: & ab occidente
bauaria. Boreã sibi bohemia prebet austrũ siria. Trauna fluuius est mire
perspicuitatis qui ex alpibus sirie p̃cipitatus quodam lacus efficit. Exin

de per quinquaginta milia passuũ discurrẽs: planicieq; peramenã secans non longe ab hoc castello ferẽ in bistrum. Habet bic amnis miri saporis pisces. Nec scio an alius ferati or sit. Scripsi iam tibi cursum eius qui admodum breuis est. Ius in eo piscandi multoq; est. Patauiẽsis ecclesia. xii. habet piscatores: quoq; quilibet tres ministros secum ducit. Dux austrie quattuor. Comes de schaumberg totidem. Dominus vualse prepositus sancti floriani. Domini de trauna & de lichtenstein totidem: qui pro libitu suo piscanẽ ac familias suas nutriũt. Preter hos tamẽ qui in horũ manus pisces aduenĩũt: ad teloneũ buius oppidi quadraginta pisciũ modii quotãnis dicunẽ ex bis qui ad mensurã venũdanẽ. Nam grãdiusculi numeratim vendunẽ. Modius autẽ pmagna mensura est & vltraq; reputes capax. Quid plura. Nusq; terrã aut arenã iuxta boc flumen effodies qn aqua intercrescente mox pisces inuenias. Hoc quẽ admodũ vides ad ornamentũ castelli lociq; voluptatẽ plurimũ cõducit. Sed adbibe amplio te mibi totũq; intuere meliꝰ. Mibi si castrũ aliqđ detur inbitandũ vbi ad recreationẽ viuere velim: boc potissimũ placeret. Quid eñ est ad plenã leticiam necessariũ qđ bic desiderareẽ. Fateor nõ esse bic vineta seu oliueta: non ficus: nõ cedros: nõ poma punica & alia q̃dam q̃ apud italos habentur cõplurima. Sed vina bic ex austria q̃gratissima pferunẽ amica nature gustuiq; suauia que nos in prãdio afatim bibimus. Nec ex atbesi desunt aut ex tergesto: quia vbi pecunia est illuc & vina vebunẽ. Qđ si desunt racemi & cuꝫ ficubus: melones sunt pira & poma admodũ gustui sapida sunt ceruſa multimodi generis. Est aer saluberrimus. Vẽtulus suauis. Si nudus incesseris si os aperueris: si ventrem oñderis & quantũuis flantis aure pceperis: nibil exinde lederis. Cum estus ẽ quãtũuis alibi maximꝰ: semp in castro flatus respirat amenus. Prospectus illinc ad nouẽ decẽueteutbonica miliaria ptendiẽ. Videnẽ montes nemora fluuii cãpi colles culti vireta iocunda. Hinc trauna currit: illic hyster plabiẽ. Prata q̃plurima ridentia cum tẽpus fert circũspiciunẽ. Pomeria circa castella tria sunt. Duo altissimis cõmunita foueis: nec actibus oino nuda vbi stationes babenẽ vmbracula cõtra solẽ aptissima. Si piscare velis aque in oculis sunt Si aucupari sepes q̃plurime auiculis referte circũstant. Si tibi venatio placet vix ad mille passus silue distant: quarũuis ferarũ genere plene. Est in colle pximo nemꝰ vmbrosum altissimis quercubꝰ septũ qđ fouea sepsq; cingit in modũ porci seu leporarii. Vbi q̃plurime fere conduse sunt. Illic etiam nisi sunt q̃plures: qs in arboribus bumana diligẽtia ad ordeoq; vsũ custodit: que ibi porrectis cibis nutriunẽ. In planicie feraces sunt agri tãtum frumenti siliginisq; reddẽtes: vt ex eo qđ supereſt castro munito facile possit vinum compari. Hec foris sunt. Nunc arcem ipsam interius cõspice. Est vt dixi super alta rupe cõstructum: castellũ ex tribus partibus ex planicie sursum erectũ ac sua natura defensum. Pars q̃rta duplicẽ bꝫ foueam: pontemq; duplicẽ. Profunditas foueaꝝ altissima ẽ. In hac pte turris ẽ

in celum tendens vndiq; ꝓpugnaculis cõmunita. In cuius summitate custos residet qui cornu tuba ppetue clamitat. Interdũ & rusticã musam exagitat. Murus cancellivndiq; duplex est: & in plerisq; locis triplex. In medio vo platea est arcularis. Ibiq; fons ameniſſimus scaturit ac per fistulas ereas bis sex: aquã ꝓpinat. Fontis ambit9 marmoreus est. Inter colũnas mediũ est tabernaculũ quod desup eminet ereũ mirifice structuꝫ vt elcha noris opus diiudices aut policeti cui9 fabrica trecẽtis & mille aureis empta est: septem circum ꝓcere ac frondosevlmi tendunt in celum q̃ vmbrã grauissimã reddunt. Cena dum estus est in cancellis apud hunc fontẽ paratur. Pisces ex fluminibus in fonte tanq; inviuario reseruant ac dum sedes in prãdio capi pisces & in coquinã deferri cernis: quos e vestigio coctos manducas. Est & alius fons lapideus dulces & plucidas aq̃s effundens. Tertius in coquina est cui9 cãnule limpbas in quaslibet ollas igni admotas inferũt. Est preterea bui9 castri mirũ priuilegiũ siue consuetudo ruricole qui circũbabitant obnoxii sunt queuis necessaria ad vsum castri prebere, exceptis bis que maioꝛ habent sumpt9. dant caseum butyrum lac lignũ & fenum ad cloacas oportunũ: gratis mũdant domũ: ligna scindunt: discos mensarũ exbibent scutellus & cacabos lauant. Post bec capellam vidimus ad diuinũ cultum pornatãvbi tres are consecrate sunt in ambitu supiori post aulam maiorẽ babitatio regi parara eratvbi bec loca notaui: stuba vna tapetibus ornata & attrebatẽsibus pãnis camera pamplavbi & lectus aureis ornamẽtis & apparatu regio relucebat. Ex qua & feneſtra q̃dam in capellam p̃bebant intuitũ: erat & studiolũ ppulcrũ. Rursusq; alia camera ꝓpinqua post babitaculum extra murũ castri pontibus sustentatũ vndiq; patulũ in occiduũ & septẽtrionẽ meridianũq; solem respiciens vbi semp aura suauis respirat cum alibi feruidus estus sentit. Ex inde aditus p pontes in alterã fert camerã q̃ extra murũ trabibus sustentata est: & orientẽ arctoũ & occiduũ solem intuet: quã mareſcallus regi9 inbabitat. Scdm locum dux Sigismũdus obtinuit qui & aulam & stubã & thalamũ in minori cultu q̃ rex babuit ipe sibi pontifex cancellariũ fuauit: vbi rursus alia manſio suis membris ad vsum principis erat ornata cã cellario p pulcbrũ thalamũ in alta turri & sub eo vultero regis cõciliario: locum castri qui respicit orientez meridianũq; solem prefectus arcis cum cõiuge ac nõnullis nobilibus dominab9 occupauit. Nam & ibi mãsiões q̃plures fuere tum ample tũ decore cellaria sub castro pampla & stabula multa. Inter castellũ & flumen traunã villa q̃dam fuit apta quã bic pontifex breui tpe cinxit & ad incolentiũ tutelã armauit: atq; bis in locis roma noꝛ regẽ & Sigismũdũ austrie ducẽ suscepit: bonorauit pauit: atq; oẽm equitatũ peditatũq; recreauit. Neq; ꝓtent9 bis sũptib9 rursus cũ rex linchiã prexisset: cũ cãcellario viã p̃ripuit ac patauie apd regiã maiestatẽ mã sit. Est aũt patauia p̃clara diuesq; ciuitas inf danubiũ enũq; sita quã prisci cesares ecclie tradiderũt. Danubi9 ex mõtib9 sueuie venit ynus ex alpib9

que germaniã ab italia diſtermiat: atq; hoc in loco mixt⁹ danubio nomẽ amittit: vrbs ipa in longũ tendit nec magno negocio formã inſule ſuſci-peret: ſi quis ab eno foueã in danubiũ duceret. Nec yni quingẽti paſſus ſunt ex vna in alterã aquã. Sup yno pons eſt ligne⁹ q ſexdecim b⁹ arc⁹ & ciuitatis partẽ q̃ trãs flumẽ ẽ ciuitati maiori ꝯiungit. Eſt & alius põs ſup danubiũ p quẽ via ẽ ad montes q bobemiã reſpiciũt: poſt hos mõtes fluuius ali⁹ niger admodũ plabit: qui ex bobemia venies oppidulũ iudeorum & tertiã potauie ptẽ diuides ſub caſtro p̃ſulis danubio quaſi ex oppido yno ſe immiſcet. Itaq; tria flumina vno in loco cõiungunt. Ac ppter ea locum iſtũ quidã verbo italico paſſum hoc ẽ tranſitũ vocitant. Nam & p hunc locũ merces italie in bobemiã ferebant. Et ſupiores theutonici auſtriã vel bũgariã petebãt ſicut & hodie fieri videm⁹: in medio vrbis tẽplum eſt diui Stephani primi martyris hui⁹ epatus p̃oni: egregie ceptũ ſed nõdum pfectũ: chorus hic admodũ pulcer edificat: ſed quia parce nimis tum ciuitas tũ capitulũ ad fabricã coferebat. Leonardus eps magnã pecuniã ad hoc opus dedit. Adeoq; iam celeriter edificat: vt quadriennio putet ex integro pfici poſſe. Apud hoc tẽplum edes epi ſunt ad eam partẽ q̃ reſpicit ynũ tu⁹ capaciſſime tũ ſplendidiſſime. In quib⁹ Fridericũ ceſarẽ ac Sigiſmnndũ ducẽ aptiſſime collocauit: eẽt iam admodũ longa epla ſi tibi oĩs ediũ ptes velle deſcribere: ſi vel capelle reliquias ſanctas vel aureos pãnos quib⁹ vndiq; muri veſtiti erãt ondere ptenderẽ neſcio quis princeps nõ ſe is edibus egregie habitare putaret: ego & regib⁹ & ceſarib⁹ atq; ipis eccl'ie romane ſummis paſtorib⁹ cõmẽdatiſſima vel conueniẽtiſſima hec palacia iudicauerim niſi quis forſitan huſſitarũ more nimiũ ſumptuoſa hec ſacerdotib⁹ exiſtimauerit: ſed nec hoc ſolũ habitacula regibus digna ſunt. Trãs danubiũ due q̃⁹ ſunt arces epi: altera in ſummo motis cacumie: altera in radicib⁹ apd aq̃s vbi danubi⁹ & niger bobemie fluui⁹ qui etiã fert vnões coniũgunt: eſt ad ſublimiorẽ arce grãdis aſcenſus atq; difficilis q̃ tm̃ ex vno ãgulo põt oppugnari. Sed ot ibi munitiones addite ſunt: tã muro⁹ q̃⁹ fouearũ: vt expugnari poſſe nulla vi boim videat: ibi & aule ſunt & camere ſplẽdidiſſime q̃s qui viderit nec ornati⁹ aliquid nec muniti⁹ vſq; eẽ putauerit. At vbi deſcederis in arcẽ q̃ infra iacet: ornatũ maiorem videbis: teſtudinatas cameras & aulas q̃plures: lectos ad regiũ cultũ ſtratos. Mirari g̃ potius q̃ cõmẽdari potui. Sũt meo iudicio theutonici mirabiles mathematici: oeſq; gẽtes in architectura ſuperant. At hic epos p̃cipuus eſt ſiue ſuapte natura in hoc inclinatus: ſiue peritiſſimis magiſtris edoctus Vidi ego q̃plurimas arces tũ apud italos tum apd alias gẽtes. Sed & ille vel ad bellũ ſuſtinẽdũ cõſtructe vel ad voluptatẽ parate fuerũt. Has vo Leonardus eps ad vtrãq; rem miro artificio coaptauit: ita vt nec ad iocũ ditatẽ nec ad tutelã vlterius quicq̃ deſiderent q̃ oĩa cancellario & mihi oſtenſa fuerunt dũ patauie regẽ oppe-riremur. Venit ãt rex die lune cũ Sigiſmũdo duce. xũ. kl'. iullas: triduoq;

mansit quē patauieñ.eps cum omi familia taz copiose q̄ splendide pauit: nec aliquē vel principē vel priuatū boiem qui curiaz sequeret passus est patauie obulum exponere: cunctis ipe sumpt⁹ q̄ liberalissime p̄buit. Sed qui fuerūt qui verecundia ducti nollent fercula petere illis vsq̄ in domū vbertim edilia mittebant & vina nec potuit aliquis cibum mordere qui nō ex epi coqna venisset. Cū rex moueret epm ne tantis se sumptib⁹ oneraret. tace inqt rex nolo cū bacvita migrauero p̄ronus me⁹ me arguat stephan⁹; q scit hec bona sibi p tuos ancessores elargita digneq̄ tibi ex illis honorē impēdi. Ministri p̄teterea esculēta & poculēta: equorūq̄ pabulatā volūtarie exhibebāt: vt tūc se q̄ maxime lucrari putarēt: cū effusius dispēsarēt. Ego mi Iohānes nō potui dū ista cernerē nō letari. Videbar videre priscos illos & admirabiles viros q̄s tātope cōmēdat antiqtas: sicut de Seneca scribit pisoneq̄ gneo & cocta quib⁹ & titulis & fascib⁹ maior fuit donādi gloria. Fortunet deus hunc presulē: vitāq̄ cornicis p̄beat & annos nestoris: sapientiā aūt eaz sibi vsq̄ in finē vite p̄stet quā mo habet. Nā etsi mltos sub se pplos tenet & castella vltra triginta possidet: & diocesim ad trecēta milia passuū extēsam a ratispana ꝓpe vsq̄ in posoniū qd est hūgarie oppidū regnat. Tanta ei⁹ tñ est prudētia singularisq̄ virt⁹: vt nihil dubiū sit sub eius gubernatiōe p̄stantissimā hāc eccliam tā in spūalibus q̄ in tpalibus ꝓsperari. Vale campisi optime & huius clarissimi viri laudes reuerēdissimo dño tuo meoq̄ cardinali tarentino & ceteris romane curie senatorib⁹ expone: q̄uis tarētinus ipe prelatū hunc & noscat & amet. Ex patauia. x. kl'. Iulias. Anno. M. ccccxliiii. Consulit que sunt agenda in causa frisingeñ. ecclesie.

EPISTOLA CLXXI

Eneas siluius Caspari schlick cancellario impiali. S. p. d. Pauci admodum sunt dies quibus per Casparem secerdotē nunciū tuum de singulis quoad potui plene scripsi: nec rem frisingeñ. aut aliam scriptura dignam pretermisi. Volui nanq̄ potius scriptis oibus longitudine tediosus: q̄ p̄termissis quibusdam breuitate odiosus esse. Sed aduenit mox germanus tuus Henricus frisingeñ. electus: & cum eo simul reuersus nyeperg. Ipse aūt electus idcirco huc ꝓfectus est: quia lr̄is tuis instructus erat vt pro oppidoꝝ possessione instaret. Nam & tu regi ad eam rem scripseras: sed erat adhuc nescius eorū que gesta erant nondū em̄ lr̄e mee ad eū ꝑuenerāt quas sibi sup his scripserā. Retuli aūt ei seriē reruz & regis respōsum mihi datum & sibi scriptū quo p̄cepto agnouit electus se frustra ꝓfectum huc. Accessit tamen nyeperg tanq̄ singularē amicū: quo cum in via sepe cōtulerat de negocio: narrauit sibi que in causa eēnt acta conciliūq̄ petiit. Is dixit se velle regē alloqui & cuius mētis eēt pscrutari an mutari snia posset. Accessitq̄ illum heri cū iam nox ruisset celo: petiiq̄ vtrum in re frisingeñ. vellet aliquid agere cū frater cancellarii adesset. Rex aūt iussit mox electuz accersiri: quo veniēte surrexit ex cubili & nōnullis passibus obuiam ꝓcessit. Tum electus dixit se huc venisse regratiaturuz

maiestati regie ex cuius munere ꝓmotus esset: supplicaturũq; vt possessio daretur in plenitudine gratie & ad hoc se monitum tuis litteris inqt. Rex v̄o habito concilio dixit se iam tibi in hac re rescripsisse teq; vocasse & postq̄ reuerteris rem hanc absoluendaꝫ. Gratias pro responso electus egit: subiunxitq; se scire nonnullos venturos esse etiam viros magnos qui partem alteram ꝓmouerẽt. Ideoq; se supplicẽ petere ne quid in eius preiudicium illis responderet̃. Ad hec dictum est regiam maiestatem cãcellarium expectare nec sevelle in eius absentia aut illo inscio de hac re ad cuiusuis instãtiam aliquid agere. Dixeruntq; consiliarii Henrice licet scriptum sit cancellario vt veniat: tu tamen sibi rescribito & mittito ꝓprium nuncium omninoq; ipsum adhorteris vt q̄festinãter veniat: tum pro rebus huius ecclesie frisingeñ. tum pro negociis regiis in quib⁹ sua presentia est necessaria. Nam multi casus possunt accidere qui primũ nuncium impedirẽt. Annuit Henricus mihiq; dixit bonum esse vt lator presentiũ anderlimus huic se itinere accingeret: quod mihi quoq; ex vsu visum est admodum necessarium: quia nescio quam diligẽtiam habebunt college tui admittendũ litteras. Dum hec agerent̃ venit ex romana curia osilieñ. episcopus prutenus quẽ nosti: per hunc putabat Henricus bullas sue ꝓmissionis trãsmissas sicut Iohannes tolner sibi ꝑantea scripserat. Accessimus ergo diuersoriũ eius ꝑcontati sumus an bullas auferret. Is retulit se fuisse ordinatũ vt ipse afferret sed cũ expeditio eius longior videret̃ placuisse romano pontifici vt tabellari⁹ suus guido noĩe ad te illas deferret: qui cũ quindecim diebus eum p̃cessisset mirat⁹ est nõ esse nobis traditas bullas deditq; Henrico lr̃as sibi & tibi directas ex roma bononiaq; trãsmissas. Quibus aptis cognouimus verbum ei⁹ verũ fuisse: sicut & tu ex ipsis lr̃is agnosces. Nam ipsas tibi cũ pñtibus destinam⁹. Nos v̄o opinamur bullas easdẽ ad te vel dñm Iohannẽ carnaial cõuolasse. Nam guido ille vt accepimus ad apl̃icos nuncios lr̃as habuit. Quod si sic non est aut venetiis sunt apud mercatores: aut guido corruptus aduersariis eas vendidit: vel sinistri aliud accidit. Tuũ est ꝑcunctari diligẽter nã maxime expedit has lr̃as haberi in quibus fundat̃ ius. Nec putat Henricus australes moueri posse vt castra tradant nisi oñdebant̃ bulle. Ideo curet tua magnificẽtia eas oĩno secuꝫ afferre si apud nurẽbergã inueniri pñt: alioquin opus erit iterũ eas ex curia suscipe. Nunc aũt ne mireris ꝙ nunciũ ꝓpriũ destinam⁹ cãs subiũgemus. Nã prima ẽ ꝙ rex sic desiderauit & cõsiliarii ꝑsuaserunt. Scd̃a est qa videm⁹ regi necessariũ eẽ reditũ tuũ in multis arduis negociis qui egreferet sibi te deesse cũ opus ẽ. Exinde q vult principis gr̃aꝫ is in aduersis ſuiat. Nã in scd̃is plures iueniũt̃ ſuitores q̄ sit necesse. Post hec videm⁹ instare ꝑiculũ in eccl̃ia frisingeñ. nisi venerꝫ cito. Qꝫ si veneris bñ oĩa dirigi posse cõfidim⁹. naꝫ & rex bñ affectus ẽ & nyeperg adiutor. Magister aũt curie scripsit in fauorẽ tuũ: & sicut sepe dicit̃ pñtia recipit: absentia ꝑdit. Vlterius scim⁹ dñm treuereñ. vẽturũ: q cũ sit alt̃ bõ

Neas cardinalis senen̄. Magistratui balie. S. p. d. Decreuerat per
e bos dies sanctissimus dn̄s nr̄ certum oratorē suū ad vos trāsmit
tere. qui vobiscū ad ea intercedat: p que pax vestre ciuitatis & se
curitas libertatis & regiminis vr̄i solidari posset. Et quantū eius mentē
cape potuimus: sua sanctitas aliena no eet ad certam vobiscū intelligētiā
habedam: per quam & vra erga eum deuotio & sua in vos ptectio cōfir
maret augeretur q̄. Ad quā rem etiā nos suam pietatē hortati sum⁹. Ve
retur tn̄ ipe pōtifex maximus: ne suus orator frustra de bis apd vos age-
ret: que res nō eet aplici sedi honorifica: atq̄ ideo suspendit illius missio-
nem. Qz si vre magnificētie ad hoc animate sint cupiantq̄ verā & effica-
cem habere intelligētiam cum ipo summo pastore: idq̄ nobis significa-
uerint: speramus ita efficere q̄ orator predictus ad uos transmittetur: &
ad effectus predictos operas suas interponat. Nos autē aduertētes ani-
mo quantas superioribus diebus vestra respublica passa est calamitates:
& ad ea sedulo intendentes: per que vestrum regimen patrie vestre (vt
quidem putamus) saluberrimū confoueatur & stabiliatur: nihil arbitra-
mur vtilius q̄ hoc tēpore ciuitatem vestram cum omnibus bonam ami-
citiam & vicinitatem cum summo vero pontifice specialem habere intel
ligentiam qua illa vos vt filios tueatur & vos eum vt patrez reuereami-
ni. Super qua re vestrum responsum prestolamur. Datum rome. xxii. Ia
nuarii. Anno. M. cccclvii.

De eodem & credita reposcit. EPISTOLA CCXXXI

Neas cardinalis senensis Iohanni bichio ciui senēsi Salutez plu-
e rimam dicit. Videbis que scribimus magistratui balie cogita su-
per illis & nobis rescribe. Nos salutez vestri regimiuis in eo con
sistere arbitramur: vt cum vicinis omnibus bonam amicitiam tenentes:
cum summo pontifice specialem intelligentiam habeatis. etem̄ vos cum
papa patre omniū specialiter colligatos nemo infestabit. De aliis autem

vestrum sit cogitare. Preterea non babebunt locum rebelles vestri vnde quouis pacto vos offendant si pape vniti eritis. Verū bec cogitari nullo modo qucūt nisi res pecuniaria a vobis absoluatur. Suademus ne cū illo qui vobis libertatem tutatus est & in futurum tueri potest: & vult si vos volueritis de pecunia modica contendatis. Nos insuper scientes tibi commissam esse expeditionem crediti nostri cōmendamus eam rem amico optimo & singulari quez scimus nobis non defuturum. Ex vrbe .xxii. ianuarii. M. cccclvii.

De eodem. EPISTOLA CCXXXII

Neas cardinalis senen. Cristofero gabrielis ciui senensi. Salutem plurimā dicit. Scribimus magistratui balie aliqua que credimus ad vtilitatem reipublice pertinere. Ea videbis & intelliges. Scimus magistratus vestros omnia melius intelligere per sese cū nos cogitare possumus. Tamen vt bi qui patrie nostre tenemur consulere cogitauimus que credimus esse salubria eidem. Rogamus examines omnia & que vobis meliora videntur nobis significes. Nos em̄ vbi videmus patrie vestre & presenti eius regimini posse bene cōsulere non deerim⁹. Insuper quia tibi cōmissa est & aliquibus aliis expeditio nostri crediti petimus vt tancū amicus noster (de quo plurimū confidimus) opas tuas impartiaris cum effectu nobis fiat satis: quia multis vrgemur oneribus. Datuz rome. xxii. ianuarii. M. cccclvii.

De eodem & petit responsum. EPISTOLA CCXXXIII

Neas cardinalis senensis Leonardo de bñuolentibus ciui senensi. S. p. d. Sepe simul locuti sumus de republica senensi. Fuitcū nostra (si recte meminimus) sententia expedire ciuitati senensi cuz vicinis omnibus pacem babere illisc̄ morem gerere: vbi sine detrimento magno id fieri possit: cum papa vero omniū cōmuni patre amplius atcū amplius sese intelligere. Nam pape collegatos nullus italie potentat⁹ vexare audebit. Secus si alterius principis aut populi vestra respublica sederibus implicetur perfeueramus nos eoipso in proposito atcū ideo dominis balie sup ea rescribimus. Fac rogamus vt responsum detur. Nancū si vestros animos ad eam rem volentes inuenerimus arbitramur salubrem rem procuratum iri ciuitati & patrie vestre: & potissime regimini presenti: auferetur cū vestris hostibus nocendi facultas. Verum difficile est de bis aliquid tractare: nisi res pecuniaria componatur: & que pape & que piccinino debet. Nec nobis aut honorificuz aut vtile videt vris magistratibus cū eo de pecunia cōtendere qui ciuitatē ipsaz vīaz de morte reuocauit ad vitā. De proposito tuo curabim⁹ ea fieri que digna sunt. Iamcū capitulo vestro scripsimus responsumcū prestolamur. Datū rome die. xvi. Ianuarii. M. cccclvii.

Congratulatur promoto optans salutem plurimam confisus de patrocinio. EPISTOLA CCXXXIIII

b Orcius dux mutine Enee cardinali senensi. S.p.d. Cũ primũ nobis nunciatũ est cardinalatus dignitatẽ ad te reuerendissime pater esse delatã maximũ in modũ gratulati & gauisi sumus. Nam cũ tua virtus: doctrina: morũ elegantia: & vite sanctimonia nobis iã pridem cognita & perspecta esset: eam tibi iure optimo deferri cupiebam⁹. Augebat hmõi desideriũ nostruꝫ mutua charitas & singularis beniuolentia qua inuicẽ obstringimur. Itaqꝫ certo teneas maiorẽ etiã quã declarare possumus ex tanto munere voluptateꝫ cepisse. Sic ipse deus noster a quo omnia bona procedunt longeuũ te faciat prestetqꝫ vt eo bene beateqꝫ semper vsqꝫ ad extremũ perfrui possis. Referente clarissimo iurisconsulto dño Iacobo nr̃o intelleximus q̃ꝫ pleno cordis affectu tua reuerẽdissima dominatio nobis afficiatur. Et quod de ea deqꝫ statu suo oim quantumuis amplissimo non minus q̃ꝫ de nobisip̃is ac nostro disponere possemus. Et ita hac spe & fiducia freti decetero in his que nobis rome semper tractanda erunt ad tuam reuerendissimam dominationem: vt ad dominũ & presulem in quo summã fidem & spem locauimus audacter recurremus. Quod vero reliquũ est tue reuerendissime dominationi nos nostraqꝫ om̃ia plenissimis manibus offerimus: ita vt eis vti & abuti possit ꝓ sua voluntate & arbitrio. quod quãto liberius id fecerit reuerẽdissima dominatio tua sciat nobis tanto gratius esse futurũ. Datũ die. xvi. ianuarii. M. ccccl vii.

Denũciat̃ ꝓmotio vtrorũqꝫ amici. EPISTLOA CCXXXV

p Riores & gubernatores ciuitatis senarum Borcio duci Mutine. Salutem plurimam dicit. Nũcius hodierna die nobis allatus est quosdam nuper cardinales eẽ designatos immortalis dei gratia: inter quos vnum esse reuerendissimũ in Christo patrem & dominũ: dominũ Eneam ciuẽ & episcopũ nostrũ dignissimũ. Quẽ virũ iamdudum cognouimus integerrimis moribus: summa probitate: mirificisqꝫ virtutibus & doctrina preditũ: natũqꝫ claris parentibus & ex modestia & antiquissima familia nostre ciuitatis. Quod quidem non modo vrbi nostre verũ vniuerse reipublice salutare admodũ faustumqꝫ fore existimauimus. Idcirco cũ oĩa que accidãt cõmunia nobis eẽ cũ tua illustrissima dominatione arbitremur: significandũ duximus congratulanduꝫ quoqꝫ eidem dominationi tue quã perpetuo felicẽ eẽ vehementer cupimus. Ex senis die. xix. decẽbris. Anno. M. ccccl vii.

Pollicet̃ diligẽtiã sup cõmẽdatis. EPISTOLA CCXXXVI

e Neas cardinalis senensis Iohanni frundt protbonotario coloniensi. Salutẽ plurimaꝫ dicit. Accepimus litteras tuas quibus rem tue prepositure nobis efficis cõmendatam. Amamus te & semp loco fratris amauimus. Nec modo de nostra mente decidisti nec decidere potes dum fruimur aura: obtulimus procuratori vestro nostras operas. Siqd erit qd̃ ille nobis expetierit haud quicq̃ꝫ frustrabit̃ si modo res

erit que vires nostras non superet. Cupimus te videre atq; amplecti aliquando (si deus dederit) anteq; hac luce migremus. Ex veteribꝰ em̃ veris ac solidis amicis quos basilee dileximus pauci tecum supsunt: & vita nr̃a instar fluminis rapidi abit. Nō possumus tenere lachrymas cū prisce beniuolētie nr̃e mētio incidit. Itaq; iā vale & reuerēdissimo dño coloniensi cōmēdatos nos effice: nā sui sumus. Tilmāno preposito sancti Florini & Iobāni polart nr̃o noie salutes dicito: simulq; Iobāni vuinderos noscq; illis ad queuis bn̄placita offerto. Iterū vale.

Grates refert de cōgratulatione promotionis sue.

Neas cardinalis senensis EPISTOLA CCXXXVII

e Antbonio petri colleñ. S.p.d. Tāiocunde fuerunt nobis lr̃e tue quibus de suscepto cardinalatus bonore cōgratularis q̄ tibi gratam respōsionē nr̃am esse cōfidimus. Nibil nobis dubii est & Antbonio & tibi nr̃m om̃e decus sumope acceptū ee. Sed vtinā dignitati satisfacere possimus & ita nobis deus agere vitā tribuat ne munus qd̄ nobis splēdori est ex nobis polluat. qnquidē impares sumus qui hoc gradu potiri debeamus. Spamus (si deus annuerit) estate ꝓxima patriam reuisere. Tumq; & Antboniuꝫ & te illic cōuenire & amplecti. Quos amamus & amabimus dū pn̄ti fruimur aura: neq; vera beniuolētia supuentu dignitatis auferet. Rogasti vt rescriberemus: fecimus non inuiti et manu propria qd̄ iā nobis prarū est breuē banc epl̄am exarauimns. Sumus in scribēdo breues: in loquēdo lōgiores erimꝰ. Vale & noie nr̃o Antbonium valere iubeto. Ex vrbe die. xxii. Februarii. Anno. M. cccclvii.

Petit moniales pro se deum exorare vt collato bonore digne preesse possit. EPISTOLA CCXXXVIII

Neas cardinalis seneñ. Dorotbee sanctemonioli sue consobrine

e S.p.d. Charissima soror & filia in xp̄o amātissima. Letati sumꝰ in tuis lr̃is quas tua vice videmus. Cosolatur nos tua vita deo (vt cōfidimus) accepta. Perge & seruito deo qui seruos suos sui regni consortes facit. Cōgratularis nobis ꝓ dignitate cardinalatus. Graue pōdus accepimus & magis q̄ nr̃i queant bumeri ferre. Tu ancilla dei fac qd̄ dicis roga deū ꝓ nobis. Idē q̄ vt relique sorores tue faciāt exbortare: nisi em̃ diuina opitulet gratia nō est q̄ tantā ferre sarcinā valeamus. Cōfidimus in tuis orationibus & aliarum psonarū deo dedicatarū. Priorissam tuam vt nostro nomine salutatam reddas volumus: quam sanctam esse virginem & matrem accepimus & optime filias suas in monasterio gubernare. Placet deo: placet ciuitati & nobis perseuerate. Omnis breuis est vita. Et q̄uis est labor esse inclusum: non sunt tamen passiones buiꝰ seculi que comparari possent ad futuram gloriam: que reuelabitur in nobis. Gregorius lollius frater tuus & noster nobiscum est: & bene habet: noli eius causa te afflictare. Bene vale. Ex roma die. xxii. Februarii. Anno. M. cccclvii.

Expedire ſcribit oratorem apud ſanctiſſimū baberi: & incarceratum emancipare.

EPISTOLA CCXXXIX

Neas cardinalis ſenen. Magiſtratui balie. Salutē plurimam dicit

e Retinuimus tabellariū veſtrū in banc vſq; diē vt (ſi poſſemus) rei vr̄e melius cōſuleremus: & circa negocia tritici et circa montē acutum: ſed nō potuimus aliud obtinere q̄ pridē: imo neſcimus vnde p cedat ſanctiſſimus dn̄s noſter qui prius ait velle pecunias ex paſcuis p uenientes cōuerti in ſolutionē caſtri cuſtodie: nūc mutatus eſt: neq; audi re vult verbum. Itaq; (ſicut in aliis l̄ris vobis ſcripſimus) vtile videtur nobis mitti buc aliquē oratorē laicū qui audacter loqui poſſit. Nā ſua ſanctitas ſtatim nos tacere iubet cum de bac re loquimur. Et dignum eſt nobis obedire. Oratori veſtro aliter eueniet cui nos etiā aſſiſtem⁹. Et p fecto quāto plus bec materia mōtis acuti differtur tanto peius eſt. Spera mus ſi mittetis oratorē fortaſſe dominus de vrſinis cōtentabitur de paſcuis ſi tamē proueniat ſolutio eorū. Alioquin de burſa pape nibil extra betur: in mora periculū eſt multis reſpectibus. Videbitis que ſcribit do minus noſter in breui ſuo & de paſcuis mutatū eſt vt prefertur. De tritico non eſt mirū ſi baberi nequit. Nam nec per vſum ſubditi eccleſie triti cum (vt petebāt) habere potuerunt. Et Franciſcus venerio ob rem frumentariam male adminiſtratam in carcerem coniectus eſt: itaq; deſpera ta eſt buiuſmodi materia. Scripſimus nuper de domino Gregorio. Faci etis nobis rem gratiſſimā ſi eum abſoluatis ab impoſitis ſibi calumniis: neq; dignum eſt vt ad relationē nepbarii bominis & in tortura loquentis ac de auditu aſſerentis: non de viſu vir bone fame doctor inſignis & ciuis non ex vltimis deboneſtetur. Cum ſi ceteri deeſſent illud ſuffragari deberet q̄ noſter frater eſt & viuit nobiſcum qui vere reipublice: nō vulgariter ſeruiuimus & in futurū (ſi vita comes fuerit) poſſimus aliquādo prodeſſe: quod fecimus & faciemus omni tēpore animo volenti. Mittimus vobis quitantiam pape per ſuū breue nobis directū & comitis Iacobi p publicū inſtrumentū. Supeſt vt de futuris ſolutionibus in tpe p uideatis. Datū rome die. xxii. Februarii. Anno dn̄i. M. cccc dvii.

Notificat ſuam promotionē & offert ſe ad beneplacita obſequioſum.

EPISTOLA CCXL

Neas cardinalis ſenenſis Tbe-

e odorico archiepiſcopo colonienſi. Salutem plurimam dicit. Scio ſemper me charum ac acceptum fuiſſe dignationi tue poſtq̄ germaniam incolui: a quo tempore iam quattuor & vigínti anni decurrerunt. Plurima em̄ beneficia plurimoſq; fauores impendiſti mibi: ſed non valui rependere vicem. Quid em̄ ego vermiculus cōtra tantum principem preſtare poteram. Non fui tamen ingratus (ſiquidem gratia etiam ſolo animo impenditur) colui ego dignationem tuaz amaui obſeruaui ſupra ceteros noſtri ſeculi principes & cum aliud nibil poſſem nomē tuū quocunq; diuertebam: etſi non paribus virtuti tue at ſaltem quibus po

teram laudibus extollebam. Nihil est quod vltra tunc principi de me optime merito exhibere quirem. Nūc fortasse etsi minimū est quod valeo aliquid tamen plus dignationi tue conferre: q̄ prius licebit quando cardinalatus bonorē non meis vllis meritis: sed diuina charitate & summi presulis benefitia sum obsecutus. Atq̄ hoc est quod his litteris tue dignationi notificare libuit: nam ego qui tuus clericus: presbyter & episcopus fui: tuus quoq̄ cardinalis esse non desinam. Vtatur me igitur dignatio tua neq̄ mihi vllo in tempore vllo in labore ignoscat. Nam tunc me viuere iuuabit cum pro te tuis consanguineis: amicis: beniuolis exercebor. Datū rome. xxiii. Februari. Anno. M. cccclvii.

Consiliatur amico quomodo consequatur notabile commendatum monasterii. EPISTOLA CCXLI

Neas cardinalis senēsis Roderico cardinali sancti Nicolai. S. p. e .d. Trine iam mihi reddite sunt littere tue suo more suauissime et ab amantissimo pectore prodeuntes: prioribus respōdi nō vt debui sed vt potui. Quis em̄ tam euiscerate charitati satisfacere possit: Scio quid debeo: facio quod valeo. Ad vltima scripta propero no repeto qđ de beniuolentia vltro citroq̄ dici posset: meus animus tuus est: dabunt aliquādo testimonia nō verba sed opera. Sūmo pontifici non desino. de charissimo sibi nepote cuj se offert occasio loqui: nec preterco intactam cancellariam: nihil adhuc solidi est manet arbitror alta mente repositum concilium. Non omnia prodit senex que facturus est: cū negat tunc maxime cupit. Non cessabo cum licebit iterum atq̄ iterum perloqui: fama hic est vacasse episcoparum tulensem. Episcopus eius loci monasterium commendatū habuit: cuius animus valor mille & quingentorum aureorum esse fertur sub ditione ducis burgūdie. Dominus noster id tibi cō mendaturum se ait: rotbomagensis eius rei promotor fuit. Ex vsu erit illi scribere & rogare eum: vt rem peragat. Quod si feceris noli me quoquo modo nominare atq̄ hec secreta sint. Ita enim expedit. Intellexi que scribis de presidatu fabriani & ego velis hortari ciues eius oppidi vt ex nunc eligant Bartholomeum massanū illum doctorem & affinem meum neptis mee virum pro sex mensibus sequentibus amicum magistri Symonis. Electio em̄ solet fieri post introitū potestatis noui inter duos mēses. Itaq̄ vtile fuerit preuenire. Scio illos complacituros dignationi tue. Summus pontifex bene valet. Datarius (vt fama est) thesaurari? creabitur: & Bartholomeus regnatius protbonotarius dignitatem assequet̄: cardinalis papiensis infra biduū aduenturus fertur. De neapolitano nihil est certi cum rex ille non omnino cum pietate apostolica cōsonet. Florentini arbitrali domini nostri sententia in. xviii. milibus aureorū damnati sunt dominis de gābatritis ob certa que illis oppida abstulerunt nihil plus noui est. Cōmendamus nos tibi cui seruire presto sumus. Ex vrbe die. xxiii. Februarii. Anno dñi. M. cccclvii.

Refert grates clero suo per procuratorem suū de charitatiuo subsidio et precipue satagere vt detēt⁹ emācipet. EPISTOLA CCXLII

Neas cardinalis senensis Francisco picholomeo. Salutem plurimā dicit. Accepimus tuas litteras triplicatas. Ad priores responsum quibus de locatiōe episcopatus mirari videris. Nihil est q̄ inde cōmouearis. Nos clero nostro nunq̄ oneri fuimus: nec volum⁹ esse. Quippe qui plebem non modo clerum affectu colimus singulari. Non disponemus vt putamus de illo regimine ante aduentum vestrū. Et tunc faciemus vt bonum pastorem decet: qui non commendat oues lupis. Placet quod feciſti cum clero. Sumusq̄ de ducentis ducatis cōtentissimi scientes inopiam in qua estis. Placet quoq̄ differre ad tempus exactionem medie partis. Volumus vt nostro nomine ipsi clero gratias agas & dicas nos semper futuros ad ea que illis conducant paratos. Miramur capitulum in facto prepositi non aliter de nobis q̄ scribat fidē adhibuisse: nec scimus an velimus hoc onus iudiciale accipere & strepitum illum audire. Cupimus Leonardo beniuolenti becipsa referas. In facto Gregorii laudamus diligentiam tuam vtq̄ continues hortamur donec bonus alsit exitus. Nam Gregorius vt vidimus ex copia citatiōis prorsus est innocens. Ait em̄ qui eum criminatur Anno domini. M. cccclviii. mense aprili locutum eē Gregorium cum aliquibus in sancto desiderio Iterum eodem mēse paulopost fuisse in domo omnimode bellantibus. Iterum eodem mense paulopost fuisse: vt audiuit accusator ipsum Gregorium in domo oratoris veneti: & ibi scripsisse cum aliis cum Iacobo piccinino. Vides cum non ponatur dies mensis rem protendi verisimiliter ad quindecimū & vicēsimū diem Aprilis anteq̄ scriberetur piccinino. At Gregorius quarta mensis die ex senis abiit ad regem aragonū: accusator insuper de audito loquitur. Ista non coherent. Preterea velis hominem innocentem iuuare: & potissime nostro intuitu immo iussu. Tibi enim precipimus vt prelatus tuus ne quo pacto bant defensiones pretereas. Scimus viros magnificos Iohannem gucci & Franciscum luctium & Cristoferum nantis amicos eē nostros nobisq̄ fauere. Hos aūt alios adito & cura banc causam p nostro desiderio terminari quādoquidem nos semp ad ea tēdimus que sunt illi regimini vtilia & honorifica. Vale ex roma die. xxiii. februarii. Anno. M. cccclvii. De nepte nostra dicito cū parētibus nos manus lauimus.

Gratanter suscipit carmen de eius preconiis compositum.

Neas cardinal⁹ senen. Lodusio cre EPISTOLA CCXLIII

e bello mediolanensi. S.p.d. Arcepimus carmē tuū Lodusi nobis amātissime nō sine animi singulari voluptate: q̄uis nobis plura tribui vis q̄ debita sunt. Scimus imperfectum nostrum & q̄ procul ab eo sim⁹ boie quē describis nō ignoram⁹. at si peccari erga nos aliquē oportet: malimus laudādo q̄ vituperādo metas ab illo transgredi. Feciſti qđ

amantes consueuere. Dixisti de nobis non que modo sciebas: verũetiaꝫ que voluisses eẽ vera. Permittimus omnia dilectioni tue. Nesciebamus ante hos dies vbi locorum eẽs vel que te fortuna teneret: nũc certiorati sumus & tuis scriptis & ducalis oratoris verbis. eẽ te optimo loco apud illustrissimũ & magnanimũ ducem mediolani ab eoꝙ diligi. Id est supra modũ nobis gratissimũ. Videmus emꝫ tue virtuti quam semp magnifeci mus suũ locũ eẽ tributum. Dignus est ille cui seruias. Nam cui hoc tẽpo re honestius famuleris ꝙ̃ ei qui totius italie splendor eẽ & decus singula re oim iudicio existimaẽ. Perge oramus & illi vt tua probitas te hortaẽ indefesse tuos prebe labores. Neꝙ emꝫ sinet ille tuam virtutem iacere. Cũ aũt facultas aderit nos illius excellẽtie cõmẽdatos efficies. qui ꝓ singula ri munere feremus siqñ aliquid accidat in quo sibi seruire ac ꝓdesse pos simus. Vale ex vrbe die. xvii. Februarii. Anno. M. cccdv.

Amicitiam suam notificat & se cõmendari exorat principi.

EPISTOLA CCXLIIII

Neas cardinalis senensis. Ste e pbano de curte. S. p. d. Expectauimus insignis eques post nraꝫ ad cardinalatũ assumptionẽ duos menses si forte aliquid nobis scriberes. Videbatur emꝫ nobis a te scribẽdi initiũ sumendũ: ne gloriabũ de nouã dignitatẽ nobis creditaꝫ significare videremur: nescimus quid factũ sit: nulle ad nos tue lre allate sunt: nec de te quicꝙ audiuimus. Fate mur nos victos eẽ silentio tu o: neꝙ posse tamdiu tacere ꝙ̃ diu ipe taces. Fortasse tibi equius videt nos antescribere debuisse. Credim⁹ tibi & ab optimo singulariꝙ amico nõ egre vincimur. Habeto igitur has litteras quibus non promotionẽ nraꝫ (quã per multorũ cognouisti lras) sꝫ aim nrm erga te illũ eẽ scias q sp fuit. Amauim⁹ te vnice i epatu. Ama m⁹ & i cardinalatu non minus: tu nosti naturam & mores nostros: nõ tumem⁹ nouis honoribus quos nobis oneri cognoscimus: borrescimus: cum eo loco nos euectos cernimus quem viris clarissimis debitum intelligim⁹. Veremurꝙ ne gradus nostra virtute altior ad ruinam nobis sit atꝙ ideo si vnꝙ amicis eguimus nũc potissime illorum nobis cꝯpia necessaria est. Et quoniam te veracem & amantissimuꝫ experti sumus: non possumus te pro veteri consuetudine non colere & obseruare. Cupimusꝙ idem er ga nos te agere & eundem eẽ modo qui fuisti actenus. Expectamus tu as lras quibus de tua fortuna & tui principis optima valitudine atꝙ fe licitate certiores nos efficias. Gratum autem nobis fuerit si nosipos do mino duci cõmendaueris: & quanta sit nostra in eum deuotio demõstra ueris. Est emꝫ siquis principum & italici nominis cuius prosperitati fauea mus: is vnus est cuius ingenti virtute & clarissimis rebus gestis nostruꝫ seculũ illustrabitur. Cũꝙ ille in hac curia plurimos habeat seruitores no bis quidẽ circũspectiõe: doctrina: autoritate ꝑstantiores. At fide & effe ctu qui nos erga eũ supet neminẽ. Atꝙ hoc te illi noie nro dicere & affir mare optamus. Vale ex vrbe die. iii. Februarii. Anno. M. cccdvii.

Congratulatur promoto ex virtutibus enarratis e merito.

EPISTOLA CCXLV

Ndreas cõtrarius venetus Enee cardinali seneñ. Salutẽ plurimũ
e dicit. Postq̃ mihi neapoli allatum est reuerendissime pater & domine sacrosancto collegio te associatũ. Sane (vt debui) cõgratulatus sum ecclesie dei. Debine vt tui amantissimus atq̃ obseruatissim⁹ maximo gaudio ita me deusamet atq̃ incredibili letitia affect⁹ sum. Tu em̃ reuerẽdissime pater cũ p̃ virib⁹ de sacrosctã romana eccl̃ia nunc publice nũc priuatim semp benemeritus sis, pfecto nunc egregie tue virtutis premia cum ingenti laude & gloria pulcerrime es consecutus. Presertim cũ semper ea de te omniũ esset opinio pro tuis amplissimis atq̃ maximis in rempublicam xp̃iana meritis & officiis pro gloria rerum ad te gestarum pro tua summa integritate: cõstantia: religione: sanctimonia: prudentia: doctrina: eloquentia: & (vt vno verbo pstringam) diuinarũ atq̃ humanarum scientia vt ab omnibus summo sacerdotio dignissim⁹ habereris. Non scribo hec temere: noui animũ: noui ingeniũ: noui cõsilium tuum: nempe quanti te fecerit vir ille diuinus Nicolaus quintus pontifex maximus qui quidem cum esset (vt ita dicam) spectator personarũ vt oĩbus notum est. mirũ in modum delectatur suauitate ingenii tui: p̃bitate: virtute: innocentia atq̃ incredibili sapientia. vt te non solum dilexerit verumetiã amauerit ardentius. Argumento sunt suis in rebus maximis & grauissimis ad mũdi reges & principes tot clarissime legationes quibus quidem p̃ repu. pro eccl̃ia dei ac pro totius xp̃iani populi pulcerrime. integerrime atq̃ sanctissime functus es. Quid dicam de illustrissimis atq̃ inuictissimis orbis principibus sc̃z Friderico cesare augusto romanorum impatore: atq̃ aragonũ rege inclito alphonso: quorũ alteri tuis p̃stantissimis rebus gestis q̃ carus q̃ iocundus q̃ q̃ gratissimus fueris. quippe amplissima atq̃ maxima ista tua fortuna atq̃ dignitas declarat. Alter v̊o sepenumero multis audiẽtib⁹. ita regie: ita honorifice: ita generose: ita magnifice atq̃ splẽdide de te loquitur: & quidẽ cum summo omniũ fauore atq̃ assensu vt & mihi dictu fortassis & tibi suasu difficile esset. Sed quid ago respu. sane cum imp̃sentiarum cõgratulatione vtendum esset abundantia quedã amoris mei erga te vt tibi animus meus multo notior atq̃ illustrior esset hoc tempore facere non potui quin parum de tuis laudibus scriberem. Verum consultius eas in aliud tempus differamus. Dein deq̃ ne longior sim excellẽtiam tuam oro. vt postq̃ fauente deo immortali ad tante dignitatis culmen euectus es. hoc est ad apicem cardinalat⁹ q̃ humanissime quẽadmodum superiori parte solebas me animo cõplectare. Is enim sum reuerẽdissime pater & domine qui pro mea vice: fide: charitate ac beniuolentia vehementer cupio excellentiaz videre tuam & alloqui quod breui spero me cõsecuturũ. Valeat excellentia tua. Ex neapoli pridie idus Ianuarii. Anno. M. cccclvii.

De eodem. EPISTOLA CCXLVI

Artbolomeus factius Enee cardinali senensi. S. p. dicit. Et litteras
b meas reuerendissime pater dominationi tue a legato senensi red
ditas & congratulationē meam tibi gratam extitisse letor. Teq; existimare magne mihi voluptati fuisse dignitatis tue ascensionem. Ego enim nullum meum in te officium sine magna reprehensione videor mihi posse preterire. Tāta est enim tui erga me amoris magnitudo vt queuis maxima tibi optare atq; amplitudini tue seruire debeam. Habere te multos existimo qui dignitati tue faueāt: quiq; te in amplissimo statu cupiant. Sed certe non cōcedam vt eorum quis q̄; tibi aut vehementius affectus aut bonoris tui cupidior sit. De quo plura ad te scribere vereor. ne dubitare videar animū in te meum dominationi tue non satis exploratū esse. Policitationes tuas mihi gratissimas fuisse scito presertim q̄ eas ab optimo animo profectas scio ac pro bis dominationi tue gratias ago. Vbi opus fuerit & opera tua libenter vtar & quid a te agi velim prescribam. Expectamus regem breui ex apulia beneuentū iam profectum. Ego ad vrbem redii cuius de terremotu nonnulla adbuc suspitio sit. Librum quem de viris illustribus scripsi regi dedicaui ac tradidi. In quo ope vt aliquando videbis si non quātum virtutum tuarum magnitudo postularet. At quātum ingenii mei paruitas potuit quātumcunq; res ipa passa est tibi a me tributum cognosces. Si quid vero est quod a me agi dominatio tua cupiat iube. Vale pater reuerendissime & domine mi precipue Ex neapoli die.

Iniuste damnatum excusat. EPISTOLA CCXLVII

Neas cardinalis senensis Bartbolomeo massano. Salutem plu-
c rimam dicit. Intellexim⁹ eximie doctor & fili noster amantissime que ad nos scribis de fratre nostro Gregorio. non tuo ex indicio prodiisse sed alium quempiam vt ad nos ea scriberes suasisse. Respondebimus tamen tibi breuiter. Gregorium nos iniuste damnatum: non arbitramur modo sed scimus. Si tamen pena ea esset que tolerari ab eo posset suaderemus collum summitteret & fortune nouercanti cederet. Sed quid tibi vt videt ducētos aureos soluere & viginti ānis relegari. Quo argento papiam Gregorius petet omni ere vacuus & nibilominus auro mulctatus. faciet quod sibi libuerit impossibilia non suadebimus. Qd si patria idcirco nobis indignabitur si populi senēsis fauore priuabimur si maledictis & obprobriis subiiciemur. Non erit boc primum. Sufficit nobis conscientia nostra. Scimus indigna nos esse passuros. Et id quidē verum est. Omnes qui pie ac iuste viuere volunt persecutionē patiunt. Seruiuimus hactenus patrie magnis in rebus & fideliter & vtiliter. non meremur bec premia fratrem nostrum in domo nostra manentem virū bonum atq; innocentissimum de re publica optime meritum tamatroci sententia opprimi. Putabamus etiam si noxius idem fuisset ob nostra tñ

in patria merita eundem nobis condonari. & tu bone vir times ne popularem auram & plebis rumusculos admittamus. Vtentur arbitrio suo senensi. Nunquid in nobis causam inuenient cur nos oderint? Si gregorius ius suum apud romanū pontificem prosequatur & auxilium petat. oppressus vir est. etatem habet pro se respondebit. Nos nihil male eum agere arbitramur que iudiciali via suam innocentiam ostendere conatur Scripsimus balie & ciuibus pluribus. nihil valuere p̄ces nostre. patimur nec propterea populo indignamur. At si populus cōtra nos ipse mouetur: deus inter nos disiudicabit. tu (vt videris) senis perseuerare vis procul a ꝓposito de quo olim locuti sumus. & ad Stephanum scribis. Vincat tuus sensus & tibi habe delicias seneñ. nos rome etiam sine te tuisq; viuemus. nunc ꝓficiscitur ad vos episcopus aretinus legatus pape. Iube eum in domo nostra recipi & sibi cuncta ministrari pro persona ac iumentis dū ibi manserit. Vale ex roma die. iiii. Marcii. Anno. M. cccdvii.

Demandat ꝓcuratori vt legatuꝫ summi pontificis ꝓuisum recipiat & audacter illi assistat.

EPISTOLA CCXLVIII

e Neas cardinalis senensis Bartholomeo procuratori suo. Salutem plurimaꝫ dicit. Venit impresentiarū ad ciuitatem seneñ. reuerendus pater dominus Angelus episcopus Aretinus sanctissimi domini nostri nostri legatus pro nonullis rebus arduis. Et inter cetera etiā de Gregorio nostro verba faciet. Volumus igitur vt eum in domo nostra recipias sibiq; & familie sue iumētisq; honestas ac decentes ministrare studeas expensas dum ibi manserit. & ita secum te & cum suis habeas vt in reditu eius optimā de te relationem habeamus. Tu quoq; & vicarius noster sibi in agendis assistetis. ita tamen vt non meticulose (vt soletis) sed ardenti animo. & audaci mente causam iustissimā Gregorii tueamini & ita nostro nomine ipsi vicario dices. Scripturas insuper de quib⁹ scripsisti nostras per ipsum episcopum ad nos remittere poteris. cogitauimus de tritico somtille. vtile videt id adhuc non alienari nisi aliud scripserimus & ita illi presbytero iubebis. Datum rome die. iiii. Marcii. Anno. M. cccdvii.

Scribit ne affectionem taciturnitatis diminuat.

EPISTOLA CCLIX

e Neas cardinalis seneñ. Ludouico cardinali sanctorum quattuor coronatorum legato bononie. Salutem plurimam dicit. Nihil scripsi reuerendissime paternitati tue ab ea die de qua hinc receßisti vsq; nunc. Nihil enim erat scriptione dignum. Fuit tamen animus meus erga dominationem tuam semper intentus memorq; suauissime conuersationis nostre. nec modo quicq; est quod magnopere memorandum sit. Sed vincendum fuit silentium ne taciturnitas affectionem diminutam significaret. cupio nosse qui sint tue reuerēdissime dominationis successus. Neq; ego quicq; audiam libentius q̄ provoto

cuncta tibi succedere. Hinc qđ scribam nihil aliud est nisi sanctissimũ dominum nostrum bene optimeq̃ valere & reipublice p̃ sua consuetudine vtiliter preesse. Si qua sint in quibus dignationi tue aut voluntati vtilis esse possem. cupio p̃ impio tuo me vtaris ad mandata paratissimũ amicum ambrosii nostri Io. de spannocbiis digneris cõmendatũ habere qui ambo tui sunt. nec plura. Recõmendo me iterum atq̃ iterũ tibi. Ex roma die. viii. Marcii. Anno. M. cccclv.

Nouitates refert & dire cũ captiuo egisse rep̃bẽdit. EPIS. CCL

Neas cardinalis senen. Magistratui balie senesis. S.p.d. Que de Iacobo piccinio scribitis accepimus etiam aliunde. sed absq̃ fundamento neq̃ putauimus dignã rem esse quam scriberemus. nũc quoq̃ non arbitramur futurum bocip̃m sed accepimus aliquos ex comitiua illius venturos in auxilium comitis euersi cõtra vrsinos q̃p̃primum herba vireat pazalia & nescimus. quis alium peditũ ductores multi sunt. dies cassi sunt nõ a capitaneo sed ab ipso dño nro cum nimis multa peterent. An bi sunt qui cum luca sclauo territoriũ vestrum inuadere conent̃ ignoramus. Vtile est oportune p̃uidere & reipu. bene cõsulere. nos papam alloq̃mur (vt petitis) & respõsum significabim⁹. Gaudemus de aduentu Leonardi oratoris vestri quẽ virum & solertẽ & circũspectum nouimus. Vtilis erit eius mora in hoc loco. De gregorio nro lõge aliter q̃ nos sentitis. Nõ enim misericorditer sed seuere & dire secum egistis. nec satisfacit q̃ dicetis: mẽsem datum ad purgationẽ si qui velint se innocentes ostendere nisi id fieret in loco tuto. Videbimus tamẽ quõ respõdebitis oratori aplico. Et siquid valent dicta pape & preces nre. Datuz rome. viii. die Marcii. M. cccclv.

Cõmendatoria cum clausula credẽtie. EPISTOLA CCLI

Neas cardinalis senensis sacre impiali maiestati. S.p.d. Reuertit̃ ad maiestatẽ tuaz vir bonus & bonore dign⁹ Henricus senftlebẽ sublimitati tue & impio sacro deditissim⁹. mihi autem singularis amicus. Et qui iussu tuo p̃motionẽ meam magna fide extacta ac singulari prudentia p̃secutus est. Nõ est cur eum tuo culmini cõmendem quem scio acceptissimũ. His referet que apud nos agunt̃ oñia & habet in mandatis exhortari vice oratoris serenitatẽ tuam in expeditione cõtra thurcos. Persuadeo mihi eã rem tue glorie p̃suasam eẽ. Nam p̃fecto nihil est qđ nomini tuo autoritatiq̃ augustali magis cõueniat q̃p̃ p̃ defensione fidei catholice & xp̃iana salute arma & scutum sumere. Cum oñs in tuam maiestatẽ oculos ita intentos habeant vt ea p̃ficiscente p̃fecturi. ea quiescenti quieturi videant̃. Scribo hec p̃ fide q̃ tuo solio sum astrictus. nihil besitans omnia in partẽ recipi meliorẽ. Verũ sereniss̃ime cesar cũ ego tuo munere ad cardinalatus bonorẽ assumpt⁹ sim. nihilq̃ magis mihi in hoc officio incumbant q̃p̃ ea regere q̃ putem glie tue conducere. Reliquuz est vt de meo statu cogitare digneris vt habeam vnde viuam. Nam ego ba-

ctenus fui diues satis & quãq̃ pauca possideam erant tamẽ illa dignitati mee sufficientia. Nunc v̄o pauprimus sum & iam primũ quid sit miseria experior. Tua sublimitas absq; damno suo inopie mee consulere potest si patitur aliqua beneficia ex suis territoriis me impetrare quemadmodu3 prefatus Henricus latius mansuetudinẽ tuam alloquetur. Cui precor in his que nomine meo direxerit plenã digneris fidẽ & benignas aures ad bibere. Ex roma die. viii. Marcii. M. ccccl vii.

Decima & indulgentia p̄dicat̃ cõtra thurcos. EPIS. CCLII

e Neas cardinalis senensis. Iohanni cardinali sancti Angeli. Salutẽ plurimã dicit. Persuaues (& vt optaui) per longas epistolas tuas redditas nobis. xi. ianuarii die cognoui quas ꝯscribis de cõflictu thurcoꝝ. illum. s. non sine cura & diligentia tua diuinitus datũ. Nec ego secus quid arbitrabar. q̃uis scripserim dignationem tuam mea opinione egreferre ꝙ vbi gesta res est non interfuisti: non est ꝙ his addam aliqd doleo obiisse illum xp̄iani exercitus ducem vaynodaꝫ siue (vt aiunt) buniatẽ. Nam morte illius spes quoq; nostra interiisse videt̃. Nil enim reli qui xp̄ianorũ principes cogitate vident̃. nemo opponit ꝓ nostra salute manũ. Pontifex maximus clamat & non audit̃. minat̃ & non timet̃. Et quod sua. b. põt non sufficit tante bellorũ moli. Rex portugalie aduentu rus fertur. Sed timeo ne alioru3 desidia illius diligentiã impediat. Quid enim solus agat ex vltimis terrarũ & occidẽtis finibus in greciã asiamq; profecturus. nisi data opera vt theutones bohemi hungari cõmuni animo copias parent. Nõ intelligo quid alii acturi sunt. Hec dixi patri optimo. Papien. cardinalis ex alemania decretaq; sibi prouincia reuersus ait theutones ad expeditionẽ inclinatos esse sua opa si modo cõuentus agere ꝑmittant̃ sine cõuentibus nihil putat eos acturos. Cardinalis neapolitanus prope diem ingressurus credit̃. cum rege aragonũ non est ea sinceritas quam negocia nostra requirerent. Ex francia multa referunt̃. que mihi pro nugis sunt. Rex vester castele in granatã ducturus copias dicit̃. Patitur & decimas & indulgentias in suis regnis predicari. medietatem pecuniarũ inde proueniente si in id bellum recipit. Alterã medietatẽ cõtra thurcos pape largit̃. Dño sancti Marci cardinali cõmissum est vt de vacatione ecclesie pragen̄. se informet vt ille preficiat̃ in archiep̄m datari9 pape. Hec habe ex nobis & dilige tuũ Eneam vt soles. tuam omnem familiam cum dignatione tua optime cupio valere. Ex vrbe. viii. die Marcii. M. ccccl vii.

Se offert ꝓmotorem. EPISTOLA CCLIII

e Neas cardinalis senen̄. Vlrico ep̄o Burcen̄. Salutẽ plurimã dicit. Reuertit̃ ad te Henricus senftleben vtriusq; nr̄m amantissimus. Non est cur multa scribamus. ipse nostra erit epistola qui nouit animi nostri secreta. Qui fuimus olim erga te. illi idem semp erimus. nec obliuiscemur vnq̃ suauissime consuetudinis nr̄e nec immemores erim9

195

tuo⁊ erga nos meritorum. Cupimus ſi qua ſunt que tibi grata poſſu/
mus ne nobis ignoſcas. Cōfide i hac curia nullū habes q maiori affectu
tua negocia ſit acturus q̄ nos q̄uis plurimi ſint tui amātes qui plura q̄
nos pnt. Sed quid agimus. Iniuriā Henrico facimus duz tot ſcribimus.
ipi oia cōmittim⁹. illud tm̄ addimus vt nos diuo ceſari & mō & ſp cōmē
dare velis. cui oia debemus cū ab eo oia habeamus. Datuz rome die. iiii.
Marcii. Anno domini. M. cccclvii.

Se gratū refert obſequia preſtare. EPISTOLA CCLIIII

e Neas cardinal' ſeneñ Diue leonore impatrici. S. p. d. Nihil ē ſere
niſſima Auguſta q̄d nunc aliud velim: niſi mā ſuetudinē tuaz bñ
valere: & p ſuo deſiderio felicitate potiri. Ego qui cōſortis tui di
ui ceſaris rogatib⁹ ad cardinalatū nil meritus ſum vocatus: debeo tāti do
ni tanticz boni om̄i tpe memoriā tenere: & ita facio quidē atcz idcirco et
ſibi & tibi ſepius ſcripſi & nūc ſcribo: ſcribācz frequēter vt opa mea fide
liſſimi mācipii oibus in rebus vtamini. Nā beatū tūc me exiſtimabo cuz
vris negociis exercebor. Nil aliud bis lris volui cōmendo me ſublimita
ti tue: quaz vt diuina pietas ad vota dirigat feliciter obſecro. Ex vrbe ro/
ma die. x. Marcii. M. cccclvii.

Hortatur bono xp̄ianitatis conſulere & impatorē ad id inducere.

Neas cardinalis ſeneñ. Iobanni EPISTOLA CCLV

e vnguardio impiali camerario. S. p. d. Reuertit ad ceſarē venerabi
lis vir Henricus ſenftleben. Cui papa nōnulla commiſiit ceſareo
culmini referēda ſup expeditiōe cōtra thurcos ducēda. Velis ſuadere ce
ſari vt circa rem illā aim intēdat ſuū: q̄m ita gl'ie ſue cōpetit. Oēs em̄ in ſu
am maieſtatē oculos direxere & niſi ſua maieſtas aliquid agat: timēduz
eſt ne xp̄iani plaga affligant̄. Inſup aliq̄ nō noie dicet tibi Henricus. Ve
lis ei benignas aures & fauores vt ſpamus gratos impertiri. Datum ro/
me die. x. Marcii. M. cccclvii.

Cupit ſcire quomodo valeat. EPISTOLA CCLVI

Neas cardinalis ſenenſis Iobāni nibili aſtronomo bohemie. Sa
e lutem plurimā dicit. Ex Henrico ſenftleben intelliges que ap̄d
nos aguntur. Et quid roratus ſomniet in eccleſia pragēſi: & que
in tua diſpenſatiōe acta ſunt: nos tui cōmodi ſemper erimus auidi eque
ac tuipſe. Perge vt nos ama & vt ſoles. Si quid Henricus noſtro nomie
ex te petierit aſſiſtito ſibi & facito p nobis vt conſueuiſti. Vale ex roma
die. x. Marcii. M. cccclvii.

Promotionem ſuam notificat & ſe commendatum haberi exorat.

Neas cardinalis ſenenſis Diony- EPISTOLA CCLVII

e ſio cardinali Strigonienſi. Salutem plurimam dicit. Que fuerit
mens mea quis antebac animus erga te non ignoras: naz ſemper
dignationem tuam optimi patris & benigniſſimi domini loco venera/

tus sum. Ita tua bonitas merebatur. Verum si vnq̄ fui tuus vl' filius vel seruus: nunc me potissimū id prestare oportet quando ad eum ordinem sine meritis sum vocatus: in quo tu iure optimo iamdudum sedes. Placuit apostolice pietati me cardinalium collegio nil merentem aggregare. Sentio quantum & tue dignationi & ceteris reuerēdissimis patribus debeo. Precor igitur meam voluntatē amplectaris. Et me veterem seruitorem iam factum nouum mancipium tuum intelligas. Imperes mihi omni tēpore si quid est in quo tibi obsequi possim. nam mihi voluptas erit quotiens videro in tuis aut in tuorum amicorum negocijs me posse exerceri. Cupio insup sereníssimo regi & domino communi aliquādo me cōmendes. vt sit memor sua maiestas: que deuotio fidei erga se mee quia oībus meis scriptis & verbis vbicunq̄ fuerius suum in regno bungarie contra polonos tueri sum conatus. Valeat optime dignatio tua. Cui me humilime cōmendo. Ex roma die. x. Marcii. Anno domini. M. .cccc vii.

Pollicet gratitudinē promotionis sue. EPISTOLA CCLVIII

e Neas cardinalis senensis Varadiensi episcopo Salutem plurimā dicit. Scripsimus nuper de nostra ad cardinalatum assumptione quam tua promotione factam non ambigimus quantum tibi teneamur id etiam tunc diximus. Non est cur modo iam dicta repetam? Nos in hac dignitate constituti quantum bungarie regno quantum regie persone quantum dignationi tue debeamus ante oculos semper habebimus. Tuum erit opera voluntarii hominis vti: nobis in tuis negocijs exerceri voluptas. Interea rogamus regie sublimitati nos commendes: studeasq̄ vt de nostra promotiōe summo pontifice & sacro collegio gratias agat: cum pro nobis sepius scripserit. Vale optime: & nos vt soles ama. nam nos dignationem tuam vti patrem colimus & obseruabimus. Ex vrbe romana die. x. Marcii. Anno. M. cccc vii.

Hortatur vt rex bobemie grates referat summo pontifici & cardinalibus de sua promotione. EPISTOLA CCLIX

e Neas cardinalis senensis Nicolao listio Salutez plurimam dicit. Gratissime fuerūt nobis littere tue quas de nece comitis cilie ad nos scripsisti: nō q̄ mors illius nos letificaret: neq̄ em̄ alicui? malo gaudemus: sed q̄ rem gestam ex ordine narrasti quaz prius confusam accipiebamus. Ecce q̄uana est huius seculi pompa: q̄ caduca gloria: q̄ breuis potentia. Cecidit qui suo nutu maxima regna rexit. At qui sanguinem sitiuit: in sanguine periit. Percussit gladio alios & ipse gladio percussus interiit. Non potest veritas nostra mentiri que ait: gladio ferientes: gladio perituros. Sed ignoscat illius anime deus: & regno būgarie cōsulat ne discidiis agitetur. Scribimus dño procopio aliq̄ de archiepatu pragensi fac vt ipse ad nos rescribat. Res em̄ in periculo est Insup cupimus des operam vt regia maiestas sanctissimo domio nostro

196

& ſacro collegio gratias agat de noſtra promotione q̄ ad ſuas p̄ces nos extulerint. Cupimus etiaꝫ aduertas vt quādo ſcribitur de negociis hungaricis domino noſtro & cardinalibus ita efficias vt videamur q̄ ſumus ipſi ſcꝫ regi etiā affectiſſimi. nam ſunt quidā qui nos ſupare nitunt̄ tanq̄ magis regii ſint q̄ nos. Putamus tamē ſuam maieſtatē non eſſe oblitam noſtre erga ſe deuotionis ac fidelitatis. & eorū que ſibi puero ſcripſim⁹, & quomodo contra polonos omni tempore ius ſuum defendimus. Impar fuerit ſi noui recenteſq̄ locum noſtrū inuaſerint. Hec rogamus agites cum reuerendiſſimis dominis noſtris ſtrigonien. cardinali & epiſcopo varadien. quibus nos cōmendatos reddas. In eccleſia colocenſi fecimus quecūq̄ potuimus: vt plane referre poterit nuncius ad cām miſſus. Iterū vale. Ex roma die. x. Marcii. Anno dñi. M. cccclvii.

Poſtulat̄ eccl̄ie pragen. ſponſus dari. EPISTOLA CCLX

Neas cardinalis ſenenſis Procopio cancellario bobemie. S. p. d.

e Perraro ſunt littere ad nos tue: vellemus frequentius ſcriberes q te vnice amamus & tuas epiſtolas veluti appollonis oracula ducimus. ſcripſimus tibi quid egerimus in re bobemica neq̄ a te reſpōſum babem⁹. Interea tu⁹ roratus: bō multiuolus & magnuolus ex bobemia procurauit offerri poſtulationē ad pragenſem eccleſiam cuiuſdaꝫ datarii aplici boni quidē viri ſed catbelani & ſermonis bobemici prorſus ignari Poſtulationē attulit lucas tibi notus monacbus queꝫ lucriſaſium appellare ſoles. impediuimus bucuſq̄ promotionē buius rei: ne rei noſtre nocumentū inferret. Timemus ne diutius impedire poſſimus. Nam datarius plurimos fauētes babet. Et roratus die nocteq̄ bos illos addit: ſuadens nil regno eſſe vtilius q̄ promotionē banc fieri. Velis de bis & regem & gubernatorē cōmonefacere vt ſciāt quibus in terminis res ſunt. Et an iſta placent eis nos certiores facito. Nam regi & regno veſtro ſeruire preſto ſumus. Cupimus deo opam vt rex de noſtra ꝓmotione ſummo pontifici & ſacro collegio gratias agat. Idq̄ q̄primum. Et quotiens aliquid emergit vt nobis ſcribatur quia maieſtati ſue ſemper erimus ad ſeruiendum proni & voluntarii. Ex roma die. x. Marcii. Anno domini ,M. cccclvii.

Spondet facile obtinere qđ preſtare pōt. EPIS. CCLXI

Neas cardinalis ſenenſis Iobanni troſter theutonico. Salutē plu

e rimam dicit. Ingrata eſt nobis eque ac tibi que te fortuna exagitat. Vellemus tibi quietuꝫ eſſe locum in quo tibi & muſis viuere poſſes: & aliquando nobis: nūc tamē quod apud archiep̄m ſaltzburgen. diuertiſti: ſperamus rem tuam meliorē futuram. neq̄ em̄ ille eſt qui ſuos amicos iacere ſinat. Dabit̄ tue virtuti premium. & poſt tenebras ſequit̄ aliquando lux. Cupimus ipſi archiepiſcopo cōmendatos nos efficias & offeras quecunq̄ poſſumus ad eius nutū parata. Tu vero ſiquid vides poſſe nos tibi p̄ſtare. ſcito illud facile obtentū. & ꝑſuade tibi te nobis cha

rissimū esse. Iohannē quoq; Lauterbaceñ. nostro noie saluū esse iubeto
Ex roma die. xiii. Marcii. Anno. M. cccclvii.

Littere credentiarum. EPISTOLA CCLXII

e Neas cardinalis seneñ. Ladisslo bungarie atq; bobemie regi sere-
nissimo. Salutez plurimā dicit. Nōnulla meo nomine referet ma
iestati tue venerabilis Henricus senstleben decanus vratislauieñ.
que cōcernūt partim regnū tuum bobemie partim meipsum. Rogo vt il
li plenam credentie fidem ptestare digneris: & in agendis eum fauorem
de tua sublimitate mibi psuadeo. Postremo meip̄m regie mansuetudini
& do & cōmendo. Ex roma die. x. mensis Marcii. lvii.

Cōgratulaē ꝓmotioni sue in cardinalē. EPIS. CCLXIII

f Redericus diuina fauente clementia Romanoꝝ impator semper
augustus & austrie stirie carinthie & carniole dux & comes tiro-
lis Enee sancte romane ecclesie cardinali. Episcopo seneñ. principi
ac consiliario nr̄o carissimo. Salutem ex litteris Henrici senstleben conci
liarii nostri Vlrico episcopo Gurceñ. etiam principi ac consiliario nostro
pridem ex vrbe destinatis accepimus paternitatē vestram nuper in pro-
ximis quattuor temporibus p̄ sanctissimuz dominū nostrum papam ad
dignitatem cardinalatus ꝓmotā extitisse: de quo profecto leticiam & cō
solationem babuimus valde singularē. presertim cum id multo iam tem
pore desiderauimus & summope expectauim⁹. Gaudemus em̄ nos vo-
ti nostri compotes effectos. at tot preces & scripra nostra non vsq; quaq;
incassum porrecta fuisse. Qz̄q; paternitas vestra hmōi gradum in eccleśia
suis etiaz meritis & laboribus pro sede apostolica multipliciter pspectis
digne fuerit cōsecuta. Optamus itaq; vt ea dignitas vobis felix fausta ac
longo tempore duratura existat. Sperantes per banc apertā esse viam pa
ternitati vestre ad maius aliquod fastigiū domino cōcedente cōscenden-
di quēadmodum & sepius sumus auguriati. Nec dubitam⁹ eam quidez
dignitatē in primis sancte romane ecclesie & vobis plurimuz decoris &
ornamenti. nobis vo & sacro romano impio ac indyte domui nostre au-
strie (cui in minoribus semp fructuose & vtiliter prefuistis) nō mediocri-
ter cōmodum & vtilitatē allaturam. cum id longe magis efficere poterit.
Confidimus em̄ ac pro certo tenemus paternitatē vestram in ea dignita
te & loco ea que personā nostrā statum atq; dignitatē nostram & sacri im
perii necnon dicte iam domui nostre ac nostrū ac nostroꝝ bonorē cōmo
dum atq; vtilitatē respicē videbunt pro sua solita in nos fidelitate & con
suetudine: necnō singulari prudentia vestra tam apud sanctissimū domi-
nuum nostrū: q̄ etiam sacrum collegium cui modo scripta est: diligenter p
moturam & vbicunq; opus fuerit optime defensuram. Rogamus aūt &
bortamur paternitatē vestrā quatenus nos suis lr̄is nobis semp iocūdissi
mis crebro visitare nec suum circa nos officiuz intermittere velit. Et nos
pro occurrētibus singulis ad vos tanq; patronū & ꝓmotorē negociorū

apud sedē apostolicam agendorū continuo recurremus. Paternitatē ve-
strā bene valere & optimis successibus ꝓsperare desiderantes. Datum
in Gretz die dñico. xxx. mensis Ianuarii: Anno. M. cccclvii.

Cōstantiā sue amicitie refert. EPISTOLA CCLXIIII

Neas cardinalis seneñ. Bartholomeo factio genuensi. S. p. d. Io-
e cūdissime fuerūt nobis lre tue quib⁹ amicitiā inter nos apud nea-
polim contractā ex tuo latere affirmas incōcussam solidāq; ꝓma-
nere. Idem tibi ꝓsuadeas volumus ex parte nostra fieri. Neq; em̄ sumus
qui more adolescentulo⁹ nūc amemus nūc odio habeamus. nō sum⁹ in
contrabēda amicitia faciles. at neq; postēq; cōtracta est illā leuiter dissolui-
mus. Dileximus te postēq; nouimus q̄nti eēs neq; decepti sum⁹ in eo qđ
de te iudiciū fecim⁹. Itaq; par est. amorē erga te nr̄m dum vixerim⁹ dura-
turum q̄ñ & tua virtus te minime relictura est. Qđ scribis in eo quē de vi
ris illustribus eui nr̄i cōposuisti libro datū nobis esse locū nō meritis no-
stris sed tue charitati ascribim⁹. Et in hoc quidē cōfitemur imbecillitatē
nr̄am non tam inuiti supra meritū laudamur q̄ vituparamur. Ita em̄ natura
cōparatū est vt nulli laus onerosa videat̄: nos em̄ librū cum volueris cupi
de videbimus legemusq;. Nunc qđ tibi aliud scribam⁹ nihil se offert. Cu
pimus Anthoniū panormitā illustrē poetā & matheū malfericū Iurisco-
sultum egregiū. etsi q̄ñ candidū oratorē p̄stabilem offenderis nr̄o nomie
saluos dicas. Charissimū quoq; fuerit si quādo maiestati regie nos com-
mēdaueris. quā ꝓ ceteris nr̄i seculi potestatibus & veneramur & colim⁹
Ex vrbe ro. die. xxv. Marcii. M. cccclvii.

Gratissimus est de amicitia regis adepta. EPIS. CCLXV

Neas cardinalis senensis Ludouico putio magistro de mōtesio.
e S. p. d. Q̄uis ex vulgato ꝑmone & rebus hispanicis ad nos scri-
bis. plurimū tñ oblectant nos lre tue: multū em̄ salis in illis multū
beniuolentie ad nos ostendit̄. Scimus nos amari a te. & id quidē nobis
est iocundissimū. diligimur em̄ a magno & ꝓbato viro. Et ab ipso quem
nos pro sua ingenti virtute proq; suis in nos meritis & amam⁹ & obser-
uamus vnice: qđ refers de charitate erga nos regia q̄uis respōso egeat.
respōsum tñ non inuenit: nam quid nos vermiculi dicam⁹ cur tanti regis
gr̄am adepti sumus. Supat hoc non verba solum verūetiā cogitationes.
Vtinā possimus aliquādo vna saltē in re mōstrare quantū nos illi excellē
tissimo regi debere fatemur. Verū cuz sciam⁹ nihil eē in nobis cur ab eo
culmine diligamur. petimus rogamusq; vt tu banc nobis gr̄am cōserua-
re studeas. Et si em̄ indigni sum⁹ quos primus nr̄i seculi rex amet: nolle-
mus tñ nō amari: & tantū bonū ꝑdere. Q̄z suades eius maiestati sepi⁹ scri
bamus: parebimus consilio tuo. Et nūc quidē cum bis lras nostras babe
bis: quas regie mansuetudini nostro nomie restituas. Eiq; nos & cōmen
des simul & des: nam mancipii loco nos semp̄ habebit nepoti tuo nobi-
li & modestissimo viro q̄tiens ab eo requisiti fuerimus, nunq; deerimus

nec minus in eis curiosi erimus q̃ tuipse. Vale optime. Ex vrbe romana die. xxv. Marcii. Anno. M. cccclvii.

De morte comitis Cilie & p̃stigio cometes. EPIS. CCLXVI

Neas cardinalis senensis Alphonso aragonũ cecilie regi. Salutẽ plurimam dicit. Si maiestati tue rarius scribo. nihil obsecro vel negligentie vel aduerse voluntati ascribatur. Cupio siquidẽ frequẽtes lras meas in manus tuas dari. nam sic potẽtissime memoriã mei tua mansuetudo tenatius apud se haberet. Verũ materia quam ego scribere vellem non occurrit: que occurrit banc scribere nolo: necq̃ enim tutum est omnia mandare litteris & hoc presertim tempore quo nec qui via recta incedunt careant suspitione. Ceterum que hac in curia geruntur sunt q̃plures qui tue sublimitati ea conscribunt. Et nonnulli quidem multo plura & secretiora q̃ ego nouerunt. De germania tantũ est sic arbitror q̃ emulante nullo significare possum. Curabo igit̃ quotiens illis ex regioibus ad me aliqua referant̃ nota digna: ne p me tuaz maiestatẽ lateãt: nũc vo que habeam paucis explicabo. Vlricum cilie comitẽ apud albãgrecã quam vocant alii albam occisum: iam pridem accepisti hoc oppiduz nostri belgradum vocitant: apud veteres taurinũ dictum inuenio. qui fauũ flumen misceri danubio apud tharinũ tradunt. In quo loco nunc belgradum iacere constant. Occisorem comitis nõ est ambiguum ladislaũ fuisse filium iohannis bumatis: eius qui sepe thurcos debellauit. Et hoc anno superbiam machometis apud eundem locum confregit. Creditus est non minus filiuz ꝓfuisse reipublice christiane in occisione comitis q̃ patrem in profligatione machometis: cum machometes & comes hostes religionis essent. Ille externus iste domesticus. Memorabilis hic annus est quo thurci debellati sunt & magnus comes magni regis gubernator obtruncatus est. Cometes qui visus hoc anno est: opinioni que de se fuit abunde satisfecit. Apud thaurinũ nanq̃ que dicta sunt patrauit. Terram in regno tuo supra auditũ antea sic horribiliter mouit. Impletisq̃ ciuitatibus seditiones excitauit. maxime apud senam vrbem. vnde non parua ciuium pars exclusa est. Pestis multis in locis debachata magnaz populi partem & presertim in bungaria deleuit. Caritas annone non italiam modo sed germaniã greciam & orientis plurimas regiones afflixit. Sed maiora sunt que astrorum periti vel vates timenda predicant. Quos vt deus ipse mendaces arguat optandum est. Sed vt ad germaniã redeam: morte comitis apud austriam cognita: non parua de hereditate eius controuersia suborta est. Que fuerunt illi bona sub corona bungarie ad regẽ Ladislaum sine contentione pertinent. Que sub imperio iacent multi sibi pertinere asserunt: alii ab intestato: alii ex testamento heredes se dictitantes: vt Albertus & Sigismũdus austrie duces: tum Michael comes magdeburgen. & Vlrice comitis georicie filius. Sed potissimum ius ad imperatorem spectare visum est. Concilium prelatorũ baronũq̃ & ciuitatũ

stirie carithie carniolecq̃ & marchie sclauonite haberi placuit apd̃ gretziũ baioraricum. In eo auditi sunt om̃s qui comitis ciliensis hereditatẽ ad se dixernnt pertinere. Denicq̃ diffinitũ est oppida castella arcesq̃ que comitis cilie sub imperio fuissent in manu impatoris tradi. Tum si quis ius in illis sibi competere dixerit ab eo petendũ esse: atq̃ hoc pacto prefecti vrbium locorumq̃ quorũcunq̃ possessionẽ impatori tradidere. Ita multo melior hodie cesaris conditio est q̃ pridem fuit: quãdo nõ solum ab hoste liberatus est pessimo: sed & que fuerunt illi vires sibi accesserunt. Hec volui scribere serenitati tue: haud ignarus cuncta ei eẽ gratissima que ad gloriã cesaree maiestatis cedunt. Impatrix ipsa augusta optime valet. De apparatu cõtra thurcos in hungaria cũ nihil certi habeã nihil scribo. Sanctissimus tñ dñs noster & germanos & hungaros nunc litteris & nũc nũciis excitare atq̃ vrgere conat̃. Mihi non magna spes fuerit nisi viderim celsitudinẽ tuam classe instructa in magne illius memorãde nauis puppe armatã: signũ ꝓfectionis contra thurcos dare. Nam reliquis orbis principibus: etsi voluntas est: nõ adest facultas qua greciam inuadere possint. Tue sublimitati si volũtas affuerit nihil deerit: neq̃ plura mõ me tue mãsuetudini dedo: a cuius mandatis nunq̃ discedam. Ex roma. vi. kl'. Aprilis. Anno dñi. M.ccccl vii.

Regi neapolitano petit cõmẽdari. EPISTOLA CCLXVII

Neas cardinalis senensis Iohanni soletio electo barthinonensi. c .S.p.d. Q̃uis raro pñtia tua fruamur: eius tamẽ memoria apud nos dulcissima est. quotiẽs eius cõsuetudinis que inter nos neapoli fuit: recordamur: quod quidẽ sepe cõtingit: neq̃ enim obliuisci possumus amicitie suauissime: que & lucrum est quod ex neapoli reportauimus: existimamus enim magni tuam beniuolentiam nos esse cõsecutos cupimusq̃ ea vt ꝑpetua sit q̃uis non aliter credere debeamus: cum vera sit amicitia nostra ex honesta cõuersatione nata. Amicitia ṽo que desinere potest: vt Hieronymo placet nunq̃ vera fuit: sed de hac satis. Cupim⁹ nos aliquãdo regie mansuetudini cõmendatos efficias. Sui em̃ non minus sumus q̃ illi qui ex aragonia vel cathelania nati sunt: q̃uis quoddaꝫ naturale ius eos regie maiestati obnoxios teneat: nos beneficia que ab eo recepimus obligauerint. Verum illoꝝ aliqui fortasse absq̃ scelere se nihil regi debere dixerint: nos absq̃ ingratitudine quod est viciorũ pessimũ id dicere nõ valemus. Sciat ꝑ te clemẽtia regia nos fateri debitũ & cupidos eẽ id ꝑsoluere etsi obligatio maior est q̃ per nos dilui possit. Insuper dominũ de montesio amamus ardenter qui nobis amicissimus fuit. Rogamus vt illi nostrã operã ad queuis eius beneplacita offeras. Postremo si quid est quod tui causa efficere valeamus scis nos esse quibus vti ꝓ voluntate possis. Ecclesiam barthinoneñ. cõfidimus tuã eẽ futurã. Etsi modo aliquid subest impedimenti: tempus omnia donat. Vale ex roma .xxvi. Marcii. M.ccccl vii.

Reprehendit consolari nolentem super morte filii.

Neas cardinalis senensis Io- EPISTOLA CCLXVIII
e banni miraballio equiti neapolitano. S.p.d. Referunt qui ex nea
poli ad nos veniunt: magnificentiam tuam adhuc mestam esse & consolationē nullam accipere de morte filii: id nobis molestum est. Roga mus ne temet affligas: no est super ea re dolendū que amissa nequit recu perari. Sunt tibi alii filii virtute fama bonore p̄stantes. Isti tibi in terra ser uiunt. In celo ille locum parat: age: cogita: quid est huius mundi gloria. Caduca sunt omnia que in terris acquirimus: nihil stabile: nihil certum: nemo sibi horam vite promittere potest: nemo de crastino habet noticiā fugit etas: fugit oīs terrena voluptas. nihil habemus nisi presens & id momentaneū est. Quid igitur tristamur si priuamur momentaneo bo no. Dicimus hec sapienti viro & qui ista optime nouit. libet tamen dice re homini amico & bene de nobis merēti. Precamur ne deinceps in hac re scribere cogamur: quod tunc fiet cum magnificentiam tuam hylarem atq; iocundam esse audiuerimus: alioquin no possumus tacere. cum tua mestitia nostra sit molestia. Cupimus te indulgere bone valitudini & vi uere animo leto. Sic enim & nos & reliquos amicos tuos consolaberis Albericum filium tuum optamus bene valere. Alexander florentie be ne valet vir magni precii & verus tuus filius in quo tui mores expresse sunt. Vale ex roma die. xxv. Marcii. M. cccclvii.

Refert grates congratulatori promotionis sue.

Neas cardinalis senen- EPISTOLA CCLXIX
e sis Vrbano episcopo Sabineñ. Salutem plurimā dicit. Ex aladia
ad nos tue littere deuenerunt quibus de nostra ad cardinalatum vocatione congratularis: non est noua erga nos tua charitas. Scimus te nos amasse ab eo tempore quo vuienne simul versati sumus vsq; hodie absq; simulatione: nec nos minus te dileximus & diligimus. Itaq; si quid bonoris nobis accessit & tibi aucta dignitas est. quando inter amicos ve ros oīa esse cōmunia decet. Tu itaq; deinceps cardinalatum nobis cre ditum & tibi cōmunicatū pro nostra inuicem charitate iudicabis. Quod speras amplius de nobis: rogamus ex cerebro tuo procul amoueas: nam q̄ huc euecti sumus plus est q̄ meruimus. Et vtinam nos geramus auxi liante deo ne dedecori dignitati sumus. Liberationē tuam audiuisse pri usq; capturam voluptati fuit: nam si prius te captum accepissemus non caruissemus grandi molestia. nunc euasisse te periculum dulce est & ali quando suaue tibi fuerit meminisse laboris. Vale & nos amavt soles. Ex roma.

Laudat industriam & nouitates rescribit. EPIS: CCLXX
Neas cardinalis senensis Roderico cardinali sancti Nicolai. Sa
e lutē plurimā dicit. Quod nihil tuaq; lrarum iampridē acceperim causam esse arbitror ingentes ac grauissimas occupationes tuas

& illarũ terraruꝫ ꝑicula. Ego tamẽ gaudeo ꝙ in aduersis & arduis rebus tua virtus elucet. nam qui ex agro piceno veniũt: tua cura: diligentia: studio & singularissimo ingenio ex grauissimo discrimine seruatã ꝓuinciã aiunt. In senatu aplico magnifice summi sacerdotis verbis tua dignatio cõmendata est. Senatus ipse omnis se obnoxium ꝓbitati tue fatet̃. cum tua opera ciuitas esculana saluata sit: qua perdita: non marchia solum sed omne patrimoniũ beati Petri ibat pessum. Perge igitur incũbe cõmuni cure: intẽde neruos pro cõseruatione rerum ecclesiasticarũ vt facis. Hinc em̃ gloria hinc sempiternũ decus. non tue solum dignationi sed vniuerse burgiorũ familie redundabit. Prothonotarius tuus allocutus me est tuã qꝫ erga me charitatẽ mihi quideꝫ notissimã conatus est amplius atqꝫ amplius inculcare. Sed ita mihi ꝑsuasus est amor tuus vt persuaderi magis non possit: ait ille cupere dignationem tuam huc reuerti. vtinam id detur & q̃celerius. Etenim vtilissimus esset reditus tuus. Cõsulareris grandeuum illum summũ pontificem patruum tuum: qui assiduis curis intẽtus nullum habet leuamen. Presentia autẽ tua in primis letificaret eum: neqꝫ enim sine dulcedine quadam mentis & anime: suo sanguine sanguis heret. Exinde partem curarum susciperes nec oporteret illum omnia soluꝫ subire onera. Curia quoqꝫ vniuersa tuo aduentu exultaret habens hominem ad quem posset vrgente necessitate recurrere: nam modo multi frustrantur nõ valentes aditũ habere pontificis: q̃uis audientie die nocteqꝫ sua sanctitas sine intermissione intenta est. Nescio quid deliberabitur de tuo reditu. Ego quidem si quid in eam rem potero non ero deses. Scripseram vsqꝫ huc cum tue nihil littere reddite sunt eloquio plene suauissimo. Mirabar prius non te scribere: nunc demiror in tanta rerũ mole qua premeris id ocii fuisse vt ad me dare litteras potueris. Sed nihil est amanti difficile. Omnia vincit amor: nullus grauis labor qui nõ leuissimus ei videat̃ qui ex amore opat̃. Intelligo igit̃ esse nõ vanam opinionẽ meam qui me amari a te arbitror & mihi ip̃i ꝓrsus suadeo: sed de hoc fortasse nimis inter veros amãtes. Queris q̃ apud nos nouitates eas rescribã & dicam breuiter qđ audeo. Iacobus piccininus ad pontificẽ misit qui se purgarent in esculanis insidiis nihil a se ꝓdiisse. Pontifex respõdit id magno regi aragonũ suadẽdum esse qui eius expromissor fuit. Sunt qui putant comitẽ Iacobũ velut indignabundũ (nam ei stipẽdia negata sunt) aliqd noui patraturũ incẽdii. Alii referũt eum ad maiestatẽ regiã ꝓfecturũ: siue vt se expurget siue vt aliqua expuirat in rem suam. Vtcũqꝫ sit vigilandũ est ne qd detrimẽti ager ecclesie patiat̃. Inter comitẽ euersuꝫ & vrsinorũ dñm feruet discordia. Cõcordia sepius agitata in lucem nõ ꝓdiit. Nocte ante hanc diem tertia trãsiuerũt copie comitis euersi ꝑ hanc vrbem deceptis portarũ custodibus. Premiserũt enim quattuor viros qui se germani tu illustris capitanei famulos dicerent: sumptis vestibus que fidem facerent admorẽ eorũ qui capitaneo seruiũt: & hi intromissi captis custodi

bus ianuas aperuere vehementi exercitui comitis euersi. He autē copie ꝓfecte sunt ad oppidum cui monticello nomen est illud cum arce ferunt occupasse. Non habemus rem comptam. Sepe em̄ plura referunt in hac vrbe que ab ipso vero ꝓcul sunt. Et id quidē vicium late patet apud oēs gentes. De turcis hec ferunt dispotus rascie senior mortē obiit: filii ei? ad turcos defecere: turci magnas parant copias rursus bungariam inuasuri. In bungaria nō est paratus exercitus: nec auxilia expectant ex alemanis qui cito illuc pergere possint: In gallia & super rhodanū triremes fiunt breuiq; armande credunt vt in turcos eant. Rex portugalie in ꝓposito pseuerat: nescio tamen quid facturus sit vbi viderit paucos secum principes ituros. Dominus noster ꝓ suo more feruet desiderio exterminandi machometicā supstitionē: & que ab eo pendent summa cura ꝓsequitur. De beneficiis sum curiosus & tibi & mihi consulam. Sed decipimur & fallimur falsis rumorib?. His qui nup apud nurembergā obiisse ferebatur: proximis diebus hic fuit & mecū prandit fuit. Similiter & tulen. eps qui apud nouamciuitatē austrie defunctus vita affirmabatur. ad ducem burgundie incolumis rediit. Ero tamē attentus si quid vacet: sed tua dignatio habet optimū ꝓcuratorē dominū nostrum sanctissimū. Et puto iam tibi aliqua monasteria cōmendanda esse per curatorē cuiusdaz protbonotarii de monte ferrato ad quandam abbatiam ditissimā. Spero etiam cum rege aragonum si vera sint que ferunt concordia fiet dignationi tue admodū vtilis. Nec plura modo. Cōmendo me dignationi tue cui cupio cōplacere omni tpe. Ex roma die. i. Aprilis. M. cccc lvii.

Refert summū pontificē bñ valere.

EPISTOLA CCLXXI

Neas cardinalis senensis Iobanni cardinali sancti angeli. Salutez plurimam dicit. Quis nibil modo scriptione dignum offeratur. ne tamen sine meis litteris ad te nuncii ex boc loco pertingant: scribam pauca ex bis que apud nos agunt. Summos sacerdos corpore & mēte ita valet vt ante complures annos Animus illi ad exterminationem machometice secte magnus est & ardens. Nibil ab eo pretermittit ex bis que suo arbitrio pendent. Vtinam principes eius desiderio satisfacerent. Sed quid germani: galli: bispani: bungari: poloni: faciant tu melius q̄ ego nouisti. italia ipsa pace fruitur duobus tm̄ in locis fremunt: apud genuam liguris caput. Et circa nos inter comitem euersum & familiam vrsinorum. Questa concordia nondum est inuenta. Summi tñ pontificis sapientia banc rem optimo sedabit termino. Comes iacobus piccininus bis diebus delatus est ad pontificem tanq̄ esculum furto voluerit occupare. Is sese multis argumentis purgat nodum tamen pontifici fidem fecit. Timor ē ne quies italica turbet: nimis em̄ diu quieuimus: & a nostro more procul fuimus. Hec est italia. Cupio dignationi tue ita bene esse vt cupis. Scio durum esse prouinciaz tuam neq; aliud ab initio putaui: nunq̄ iudicio meo res bungarica bene a turcis defendet nisi &

impatorvnū sapiat. Pereant qui discidii sunt auctores. Hec volui scripsisse. Vale optime ex vrbe ro. kl. aprilis. Anno. M. cccclvii.

Suadet regem bohemie postulare vt cācellarius suus ecclesie pragēn. episcopus preficiat. EPISTOLA CCLXXII

Neas cardinalis senensis Nicolao liscio volaterano. S. p. d. Scripsimus ad te iampridē. Itidē procopio cancellario de re bohemica: exinde sperauimus nō nihil in eo negocio fieri posse. nihil audiuimus. Miramur & feremus molesto animo tot nos incassum subiisse labores: periisseq; salutiferū & necessariū opus. Fortasse ita deo placitum est. De pragēn. ecclesia: multi sermones habiti sunt: admittenteq; roratu nostro causa cōmissa fuit cardinali sancti Marci: vt plebi bohemice datarius pape preficeret episcopus. Et ille quidē vir bonus & doctus & quē dignū hoc honore putamus: nobis tamē nō est visum ad talem ecclesiam quēq; ꝓmoueri nisi cōsulto rege. Ideoq; quoad potuimus differri ꝓmotionem conati sumus. Tu hec ꝓcopio dicito & curato vt respōsum habeamus: vellemus regia sublimitas ꝓ ipso cancellario instaret. Arbitramur em̄ nō frustra conaret. Que nobis de comite cilie scripsisti cognouimus & cōunicauimus non sine tua laude. Plurimum optamus sepe ad nos scribas & nihil subticeas de tburcis & de rebus aliis cognitione dignis. Apud nos timor belli est futuri. Credimus tamen summi presulis sapientia obuiam ibit. Rogamus ꝓcopium regie maiestati nos efficiat cōmendatos. Tu, vo reuerendissimis dominis Strigonen. cardinali & varadiēsi episcopo commendabis. Ex vrbe roma Kalendas. Aprilis. Anno domini. M. cccclvii.

Admouet cōmissa diligēter exequi. EPIS. CCLXXIII

Neas cardinalis senensis Henrico senftleben. Salutem plurimam dicit. Credimus te ad curiam cesaris incolumen peruenisse. Idq; cupimus. Rogamus igitur imperatorie maiestati nos cōmendatos efficias. Cesar enim est quem in terra vnice colimus. & illi pre ceteris qui viuant obligati sumus: loquere secum de rebus cōmissis diligentie tue. Maxime autē borteris suam excellentiam ad bellum contra tburcos gerendū. Excitādosq; germanie populos quoniā ipe primus est quē xpiani respiciunt. Hic enim rumor est non sine auctore certo: magnas apparare copias tburcorū dominū vt rursus bungariā inuadat. Quod nisi tbeutones presidio fuerint: actum de regno illo nō dubitatur. Hec agito cum reuerendissimo patre nro episcopo Gurcensi & singularissimo amico ꝓposito frisingensi quos nostro nomine iube beneualere. Rem variensem curabis ꝓ tua prudentia expedire: nescimus quomodo ad aures ꝓcuratoris dilata est prutenor: illi tamen nō ostendit se credere: mora periculosa est. Nos si difficultas eēt in reseruatiōe ꝓpterea quia in cardinalatu sumus offerimus apostolicas litteras obtinere quibus reseruatio auferatur: quēadmodum & plures alii fecere cardinales in gallia & alemania

Reliqua cõmittimus prudentie tue. Vale optime. Ex roma. iiii. Aprilis. M.cccdvii.

Offert opam suam quoad potest. EPIS. CCLXXIIII

Neas cardinalis senensis Vlrico episcopo gurcẽsi. Salutez plurima dicit. Que sunt apud nos nouitates scribimus cesari: nõ repetimus que illis in litteris videbis. Precamur nos ceſareo culmini cõmendes: eicꝫ contra thurcos expeditionem suadeas. Ita enim exposcit christiane religionis necessitas. Dilationem a creditoribus tui predecessoris obtinuit Henricus senftleben sicut ab eo relatum tibi non ambigimus. Siqua amplius sunt que cupias ex nobis: tantum aderit voluntas: quantum sinet potestas. Scimus enim nos tibi esse obnoxios: & cupimus aliquando partem debiti persoluere. Vale ex roma die. iiii. Aprilis. Anno domini. M.cccdvii.

Petit cesarẽ induci ad bellũ cõtra thurcos. EPIS. CCLXXV

Neas cardinalis senen. Vlrico ridrer Salutẽ plurimã dicit. Henricus senftleben tuus & nr̃ apud te est: & que sunt apud nos scitu digna tibi exposuit. Nõ ẽ cur fatigem⁹ aures tuas: cũ post ie⁹ abitũ nihil noui emerserit scitu dignũ. Rogamus vt exhorteris cesareaz maiestatẽ ad bellũ cõtra thurcos. Ita eñ suus honor et reipublice xp̃iane salus exposcit. Nã thurci vt fama nõ vana est proxima estate rursus bungariã sunt inuasuri. Siqua sunt que cupias ex nobis scis nõ eẽ tui amantes & cupere voluntati tue morẽ gerere. Velis nos magistro camere cõmẽdatos facere. Et Artbongũ nr̃o nomie saluũ dicere. Ex vrbe die. iiii. Aprilis. Anno dñi. M.cccdvii.

Nouitates italie scribit. EPISTOLA CCLXXVI

Neas cardinalis senensis Diuo Friderico impatori Salutẽ plurima m dicit. Que nunc scribam pauca sunt: fama hic est: dispotuz rascie seniorem obiisse mortem: filios eius ad thurcos defecisse. Iamqꝫ christianis insidiari: si ita est: credimus non latere maiestatem tuã. Accipio illorum sororem esse in castro cilie que fuit vxor comitis. Cauendum est ne mulier fraternam labem sequatur. At puto sublimitatem tuam id non negligere. Quia tamen aliqui iusserint me hoc scribere: non fuit consilium vt reticerem. In partibus motus est futuri belli. Et multa eius rei signa sunt: deus melius consulat. Ciuitas senensis discordiis ciuilibus agitatur. Rex aragonum suo more venationibus operã dat: fuitqꝫ (vt aiunt) in periculo proximis diebus ne per aprum interficeretur: cum cecidisset in quo sedebat equus. Rex portulagie venturus cum classe affirmatur mense proximo: quod mihi non sit verisimile: cum nec terrestris per bungariam paretur exercitus: nec ex italia classis alia parada putet nisi aplica. Indigemus dei auxilio si bn̄ optamus nostras res dirigi. Cõmendo me tue sublimitati ad eius mãdata promptissimũ. Ex roma die. iiii. Aprilis. Anno. M.cccdvii.

c

Informat amicū de gestis i reb⁹ suis. EPISTOLA CCLXXVII

Neas cardinalis senen. Iohanni binderbach. S.p.d. Et fratre tuo credimus te nosse que hic agunt: nos rem tue prepositure accepimus apud dñm nr̄m: de p̄benda ratispanen. faciemus q̄ poterimus. Sed durus est aduersarius tuus: & fauorem habet cardinalis zomeren. quē nosti dñm: eē immutabilē nos tñ vt amicū decet tuas p̄ces iuuabimus: nouitates q̄ apud nos sunt scribimus cesari: videbis lr̄as nr̄as: nō est cur labor⁊ sumamus inanem. Vtinā annus iste p̄terito & quietior sit & melior: mendaces⁊ vates & astrologos faciat: quoruz iudicia raro aliquid boni p̄sagiunt: nos ea tpa optauerimus q̄ aduersa sint prophetarū & astrologoꝝ iudiciis. Cupimus amicos nr̄os Iacobū de lodrano nobilem equitem: Iohannē nibili astronomū p̄stabilez nr̄o nōie saluos dicas. impatrici aūt augustę nos humilime commendatos facias: cui parere & voluntarii & accincti sumus quotiēs nobis aliquid impauerit quod in nr̄a fuerit facultate. Vale ex roma die. v. Aprilis. Anno. M. cccclvii.

Preconia regis aragonū enumerat. EPIS. CCLXXVIII

Neas cardinalis senēsis. iobāni soletio. S.p.d. Pergrate fuerunt nobis lr̄e tue quibus bonā valitudinē tuā & animū tuū erga nos eū esse qui prius fuit abunde intellexímus. illud quoq⁊ nobis iocundissimū fuit q⁹ regiam maiestatē paruitatis nr̄e memoriam tenere: & nos amare assueras. Nihil est em̄ q̄d magis cupiam⁹: q⁊ inter seruitores suos cōnumarari: qñquidē ip̄e rex vnus e qui nr̄m exornat seculū. Vn⁹ aūt inter principes doctus ē: & terrarū cultor: vnus liberalissimus: vnus in armis pitissimus. Vn⁹ qui domi bellicq⁊ magnus euo nr̄o videri possit. Vnus denicq⁊ qui religioni indefesse seruiat. Q⁊ si animū ad perdēdū thurcorū p̄fidiā intenderet: vt sepe p̄fessus est: nō modo qui nūc viuunt regibus p̄ferēdus erit: ſz oēs ꝑculdubio antecedat quos prisca secula inclytos comemorant viros. Est igit̄ nobis dulcissimū cū tāti regis seruitores sumus & credimur. De re tua nō minus cupidi sum⁹ q⁊ tuipse: immo vel tantomagis quāto tu p būilitatē tuas virtutes extenuas nos p veritatē illas magnificamus. Scimus em̄ q̄ sunt merita tua & q̄ tibi debeant̄ premia & que p̄nt tibi dignitates cōmitti. Q⁊ si aliquando vt spam⁹ res tua in mediū adducet̄: audiēt cardinales quale de te iudiciū faciam⁹. nullus tñ est qui pbitate ac doctrine tue nō sit affectus. illud solū impedimēto est ꝓmotioi tue: q⁹ alia negocia nō cōponunt̄. Atq⁊ ita fit vt vtile per inutile vicięt̄ q̄d leges abhorrere solēt. Putamus tñ his rebus breui modum imponi & honori tuo consultum iri. Suadendum est sublimitati regie vt in ꝓmotionib⁹ eccłesiarū ea media cōplectat̄ que tolerari possunt. Valde autem conducit christiane rei bos duos principes esse charitate coniunctos. Et qui dissidium querunt neutrum amant: Audimus libenter que scribis de voluntate regia erga senenses. Alteruz vero quod subnectis vt senenses ipsi cauti sint neq⁊ seipsos implicent malis: quibus cū

velint explicare nequeant: salubre consilium est. Sed nos multum illi rei publice timemus: tum q̄ ciuilis discordia populū exagitat: tum q̄ presidia querunt qualia fugienda ēnt. Sed ipsi viderint nos patrie & si bene volumus illi tamen consulere non possumus: quia nobis non creditur. Cardinalis sancti angeli scribit thurcum proxima estate in hungariā maiori conatu q̄ prius venerit rediturum. Non esse hungaros ad resistendum potentes: nisi externa habeant auxilia. Petit dassem apostolicam augeri & infestare maritimas thurcorum oras: nostro iudicio regis op⁹ hoc magis q̄ pape fuerit: nec plura modo. Rogamus sublimitati regie iterum atq̄ iterum nos commendes. Et dominum de montesia singularem amicum nostris verbis saluere iubeas. Ex roma die. v. Aprilis Anno domini. M. cccc lvii.

Recitat metū de thurcor⁹ feritate.

EPISTOLA CCLXXIX

Neas cardinalis senensis Alphonso aragonū regi cecilieq̄ Salutem plurimam dicit. Hac ipsa die rex inclyte ac potentissime allate sunt littere ex hungaria summo pontifici: omnēq̄ curiam conturbarunt. Referunt ēm Machometē thurcorum dominū cum Soldano egypti: cum Caramāno cilicie: cum Tarcaro scithie inito federe coactis ingentibus copiis rursum ad hungariam properare albam: quod alii castrum belgradum vocant summis viribus obsessurum. Iamq̄ iter accepisse: nec dubium est quin diebus quindecim cuz toto exercitu ante oppidum sese collocet. Ferunt quoq̄ iurasse eum etiam si asie maiorez partem amissam audierit non sese retro abiturum. Hec albenses legato apostolico scribunt pleni metu. Quippe quibus sola spes de celo est: neq̄ ēm tamsecuri homines dei: quin humanū expectant auxilium. incredulum est mortale genus neq̄ illud ponderat quod scriptū est in sacris eloquiis Naledictus homo qui confidit in homine. Sed miserandus illis est: si se mel diuinitus liberati: rursus pietatem diuinam tentare verentur. Percussit de celo deus hoc anno thurcos: neq̄ enim humana victoria fuit. que apud albam parta est. Voluit experiri deus quidnaz reges agerēt: ceteriq̄ christiani populi rectores profligauit hostes: occidit qui ferocio res videbantur. Abstulit innumerabiles machinas: spacium dedit quo si vellent christiani populi sese accingerēt: redituroq̄ thurco armati occurrerent. Sed quātomagis indulget deus: tanto negligentiores sumus abutentes ocio. Ecce redit hostis & nemo est qui laborāti hungarie opem ferat: & vereor ne hungaria pessumeat: & nobile illud regnum hostilis gladius euertat. Quod si deus tulerit cadit murus nostre religiōis: & itinere plano plano per carnos & forum Iulii in italiā thurcoruz turme decurrent. Ad hec accedit filiorum olim gubernatores hungarie captura: qui p regē in arce budensi depbensi custodiunt. Cunq̄ is nō parui nominis (vt ita dixerim) prelatus interceptus est Iohannes varadiensis episcopus. Feruntq̄ & aliis plerisq̄ nobilibus inclyta vincula. Incōper-

ta est adhuc causa: sed vero simile est necē comitis cilie hoc peperisse. Infelices xp̄iani quos tanta cecitas exagitat: vt nec premētibus hostib⁹ domestica deponant odia Surgat igit̄ tua serenitas: & q̄d potuerit huic periculo remediū adhibeat. Ceteri principes in tuā sublimitatem cūcti fere cōtorquent oculos: eāipsam quicquid egerit secuturi. Nec⁊ em̄ rex ē in orbe xp̄iano apud quē plus auctoritatis q̄⁊ apud te sit: qui regnoru⁊ potentia: rei militaris peritia: experientia rerū multarū: & incredibili sapientia ceteros europe principes antecellit. Hec per me ad tuā māsuetudine⁊ fide dicta sint. Datū rome die. vii. Aprilis. M. cccclvii.

Refert noua regi scripsisse. EPISTOLA CCLXXX

Neas cardinalis senensis Iobāni soletio. S.p.d. Scribim⁹ aliqua
c de turcis sublimitati regie: que cupim⁹ sibi offeras legasq⁊. Nisi em̄ ip̄e laboranti xp̄iane religiōi opem ferat: id imminet discrimē ex quo vir alius liberare nō possit. Nunc opus est arte ingenio & viribus vti. Nec apud eū nisi inueniamus vbi perquirēda sint ignoramus. Vale ex roma die. vii. Aprilis. M. cccclvii.

Equo aio sert fortune ludum. EPISTOLA CCLXXXI

Neas cardinalis seneñ. Iobāni binderbach. S.p.d. Ad nos de statu curie cesaris nouitas puenit. Ita se hūane res hnt: nūc iacemus nūc in alto sumus: deo laus qui cesarē o m̄i piculo liberauit. Dole
c mus vicē gurceñ. ep̄i nr̄i amici optimi: cōmiserati sum⁹ & vnguodio cui nō dubitam⁹ admodū nocere diuitias. Facta sunt hec q̄ fieri potuere executoriales misse lr̄e: & mō nūcius aplicus eo pergit sacre theologie professor Laurētius rauarella: quē tibi cōmendamus si eū videris. Ambrosio nr̄o diximus que misisti. Expectabit adhuc aliquantulū. Et si molestū fert tādiu suspensum teneri de prepositō barteschadeñ. expectabimus q̄d agas. Cupim⁹ si q̄d monasterio⁊ vacare cōtigerit id nobis significees: vt tandem aliquid consequi possimus: quo leuior fiat nostra paupertas. In causa prebende tue vexamur maxime ob dñm zamoreñ. qui tuū aduersariū tuet̄. Iuuamus tamē te quo ad possumus. Vale & senatui tergestino ep̄oq⁊ ac prepositō pisini nr̄o noie salutes dicito. Ex vrbe romana die .iiii. Iulii. Anno dñi. M. cccclvii.

Nouitates italie. EPISTOLA CCLXXXII

Neas cardinalis senensis Iohanni cardinali sancti angeli Salute⁊
c plurimam dicit. Scripsi nuper reuerēdissime pater & domine mi colendissime non paucas litteras dignationi tue: nescio an potuerint ad te penetrare cū audiuerim: & te postea dimissa bungaria bosna⁊ petiuisse: nunc pauca subiiciam: & casui mea scripta committam: na⁊ que littere tot montes: tot flumina: tot barbaras nationes: nisi casus inopi natus pertransire iubebat. Scripsisti mihi de pragensi ecclesia tuo more paucissima verba: sed preter consuetudinem mordentia. Dicis em̄ nos hic omnia bene expedituros: nec dubium est quin sermo tuus ironicus

fuerit:non dicam amplius:etſi opinor quorſum ea verba tendant me nō ignorare. Et pro mei animi libertate ſemper aperte cum dignatione tua ſum locutus. Et ita faciam ſi quando redieris quod deus breuiſſime cō cedat cum ſoſpitate & honore. Tunc ſi quid erit quod mihi velit tua paternitas obiicere:audiam patienter. Et vel obiecta purgabo: vel petam veniam:niſi quod plericꝫ agunt alta mente arcbanum tuuꝫ includere vo lueris. Et de boc ſatis. Audiui vt dictum eſt de tuo tranſitu: credo fuiſſe vrgentem cauſam. Sed doleo armis plenaꝫ eſſe bungariam quibus non in tburcos ſed in ſeſe barones eius terre depugnent. Illud quoꝫ moleſtiſſimū eſt qꝫ inter imperatorem & bungarie regem vetuſte contentiones reuireſcūt. Mallem tua ſtudia buic morbo mederi:& que ſunt in viſceribus noſtris auferre mala conari potius cꝫ que cutem attingunt. Sed cuncta optime nouit prudentia tua: cuius iudicium nuncꝫ meo poſtpoſuerim. Venio ad res italicas. Dominus noſter bene valet ad cruciatam totis intentus animis. Apud eſculum latrones cum Ioſia & Octauiano arcem munitiſſimam eccleſie occupauere. Legatus adductis eo copiis omnes in deditionem accepit. Vrſini cum comite euerſo cōtendunt: & colūnenſes qui bactenus quieuere: nouiſſime ſe bello miſcuerunt. Rex aragonum cum genuenſibus bellum gerit. De pace nulluꝫ verbū. Dux mediolani quieſcit & veneti: cꝫuis nuper nonnulli ciues in exilium acti ſunt:& aliqui manus amiſerint. Senenſes inteſtino morbo laborant:picinīnus regis bomo eſt nec putatur boc anno arma ſumpturus. Ex reno audiuimus aliqua que non placent:neſcio an erunt vera:papa nuper interrogauit cur non impedires:reſpondi vt ſoleo libere ſuam ſanctitatem cu m eſſet in biſpania:italica negocia curare uon potuiſſet: tuam reueren diſſimam paternitatem in boſnavalde reno diſtare. Camerarius legatus orientis duos pape nepotes in vincula coniecit qui cyprum populati fu erant. Que ſcribam alia non babeo. Ex vrbe die.iiii. Iulii. Anno domini. Mcccclvii.

Pollicetur rogatu operam dare.

EPISTOLA CCLXXXIII

Neas cardinalis ſenēſis. Illuſtri principi Ludouico duci bauarie
e Salute;plurimam dicit. Reddite ſunt nobis littere tue bumanitatis & beniuolētie plene:quibus rogas vt illuſtri principi Ruperto nepoti tuo ad conſequendam eccleſiam ratiſpanenſem:noſtros ſauores impertiamur. Reduciſqꝫ nobis ad memoriam dare memorie genitoris tui erga nos charitatem:& tuam illam quam ſimul babuimus in noua ciuitate conſuetudinem. Vidimus libenti animo epiſtolam tuam: & mirati ſumus ſubſcriptionem proprie manus. Scribis eñ optime quod eſt in tanto principe valde laudabile. Recordamur quotiens in curia ceſaris ſuaues babuimus ſermones inſimul & cuꝫ de lapide inuiſibilitatis inquiſitioneꝫ faceres. Tenemus memorie in ditione tua poſſediſſe nos eccleſiam biſpacenſem. & fuiſſe a genitore tuo benigne tractatos. Scim?

ꝯnobilissima est inclyta domus bauarie: & ꝯ illi sedes apostolica tenet. Intelligis vti confidimus nos non eē ingratos: de nepote tuo sunt egre gia testimonia quia tamen cōmissarii sumus in causa huius ecclesie ratis paneñ. nō possumus aliud dicere nisi q̄ inuenies nos veram relationem fecisse & paratos eē nūc & in futurū vt tue volūtati morē geramus. Datum in vrbe romana die. v. Iulii.

Refert bella italie. EPISTOLA CCLXXXIIII

Neas cardinalis senensis Nicolao missio vollatriano Salutē plurimam dicit. Audiuimus vario relatu inclytum bungarie regem vuiennam rediisse. Et nobis placet pro quiete illius regis: vt sit extra turbinem bungarie. Dolemus tamen regnū illud inter se diuisum eē: veremurq̄ nec christiani inter dissentiones turcis aperiant ianuas: deus meliora permittat. Nos in italia magnis etiam afflictamur malis. Rex aragonum cum genuensibus bello implicitus est. Magnam romani agri partem vrsini & comes euersus vastant. Seneñ. discidium indies augent: nouiq̄ indies ciues aut plectunt̄ aut in exilium aguntur: nec videmus quo pacto quiescere possint. Aiunt cancellarium ad vos ex bohemia rediisse dicito illi multas nostro nomine salutes. Commēdamus tibi Laurencium rouarellam nuncium apostolicū qui bas tibi restituat: nō fuit in austria prius. Cōmonito eū atq̄ instruito in agendis. Si nō est dimissus epūs varadieñ. pro eo verbū faciet & litteras affert: quaru; nos promotores fuimus p veteri amicitia & quia innocentē eē cōfidimus. Vale ex vrbe die. iiii. Iulii. M. cccdvii.

Commendatur nuncius pape captos redimendos.

Neas cardinalis senensis EPISTOLA CCLXXXV

Henrico senfeleben Salutem plurimā dicit. Dominus noster sanctissimus mittit Laurencium rouarellam: qui bas litteras secum affert ad serenissimum bungarie regem. Non fuit homo als in austria. Necessaria erit ei instructio & directio tua. Cōmendamus eum tibi. bonus vir est: doctus theologus. Cura eius erit vt captiui imperatoris dimittantur: varadieñ. relaxetur. Et pax si fieri potest illas demum partes inspiciat. Ab eo intelliges italicarum rerumi & huius vrbis statum: plus mali q̄ boni audies. Neq̄ eñ italia quiescere consueuit; vosq̄ germani didicistis mores nostros: & non modo vicinos sed fratres atq̄ ipsos parentes bello premitis. Nihil est vsq̄ tutum. Damnosissimū est q̄ austrie inclyta domus in seipa discidium habet. Deus illos principes aliquando meliori respiciat oclo. Et quos fecit maximos faciat amicissimos. In causa varinensi. expectamus quid sequatur: quia ibi multum spei collocaui mus: alioquin ad mendicitatem redacti sumus. Sed si quid in partibus illis vacat quod obtineri posse confidas: velis nobis significare: gratias agito regie maiestati pro litteris missis pape regratiādo de mea promotione. Bene vale. Ex roma die. iiii. Iulii. Anno. M. cccdvii.

De eodem. EPISTOLA CCLXXXVI

Neas cardinalis senensis Iohanni nibili Salutem plurimam dicit. Que scripsisti de curia nostri cesaris iam pridem noneramus. Fuit nobis res permolesta agimus deo gratias qui personam cesaris custodiuit. Credimus imperatricem animo conturbatam esse: eiusq; compatimur adolescētie: que ad calamitates in germaniam venit perferendas. Putamus tamen eamipsam sibi cō.ulere: & consolationes quere. Conflictiones bungarie didicimus: omnia sunt ad turcorum potentiam augendam: ferenda sunt que deo volente fiunt. Ille ex malo bonum elicit. Si dabitur aliquando facultas: cogitabimus de te non aliter q̄ de nostro fideli & singulari amico. Laurencium rouarellam qui cum presentibus ad te veniet: nuncium apostolicum tibi commendamus vt assistas ei & consulas si qua ex te quesierit. Tu quoq; si aliquod monasterium vel preposituram bonam vacare perceperis: fac nos q̄primum certos. Potes per venetias mittere litteras. Illinc em̄ frequentes ad nos currunt tabellarii mercatorū: querenda suffragia sunt. Vale ex roma die .iii. Iulii. Anno dñi. M. cccclvii.

De eodem & consolatur super morte amici: EPISTOLA CCLXXXVII

Neas cardinalis senensis Procopio rabensteyno Salutem plurimam dicit. Ex vuienna tuas accepimus litteras cum bobemiam peteres. Nescimus an redieris. Audiuimns insignem fratrem tuum & amicum nostrum singularem Iohannem equitem extremo die functum. Credimus te turbido & amarulento esse animo. Nam & nos tali socio priuati non dolere vehementer non possumus. Sed quid agamus trita est hec via: aut non nasci oportet: aut natū mori. Nos parentes preire: fratres: sorores: amici: pauci admodum sunt cum quibus iam viuere delectet. Nam etate graues: parare nouos amicos nescimus. Et veteres paucis demptis mors abstulit. Nec modo aliud expectamus: nisi aut eripi nobis eos quos amam? reliq̄s ant nos auferri ab illis. Atq̄ quando cūq̄ dies illa venerit non erimus inuiti vt olim: quibus ad maiorem amicoru3 cumulum erit eundū. Credimus te ista etiam meditari nec egere consolatione: ideo preterimus hec. Accepimus turbulentas esse res germanie neq̄ imperatori bene esse cum rege bungarie. Dolemus. Nam res pessima est & noxia: nō modo austrie sed vniuerse reipublice christiane. Deus meliora permittat Cupimus de rebus bobemicis fieri certiores: sed & quid sperandum sit Laurencium rouarellam qui bas ad te defert. Cupimus tibi commendatum esse frater est archiepiscopi rauennatis tibi amicissimi consiliū tuum optabit in rebus agendis. Ne desit sibi rogamus prudentia tua. Vale & Nicolaum nostrum pro tua consuetudine commendatum habe. Ex vrbe die. iii. Iulii. Anno. M. cccclvii.

Petit ad possessionem epatus varimen. p procuratores suos induci pleriscp captas beniuolētiā regē. EPISTOLA CCLXXXVIII

Neas cardinalis senensis Casimiro regi polonie. S.p.d. Cū vacaret nuper ecclesia varimen. cōuenientes canonici eius in glogonia maiori: & cogitātes de futuro pontifice: vota sua in me direxerūt postulātes a summo pōtifice vt ecclesiā illā mihi cōmiteret. Idēcp fecerūt serenissimi principes dñi impator & rex bungarie atcp bohemie consanguinei & affines tui. Annuit beatissimus pōtifex pcibus eorū: & summo cardinaliū cōsensu ecclesiā illā mihi cōmendauit. Mittā prope diē procuratores meos ad serenitatē tuā cū lris aplicis: quibus precor vt ad possessionem capiendā necessarios vel imptiri fauores. Scio em̄ quia sine tua opa parū proficerēt: cuius iam prusia in manu tua pene tota eē ferat. Intelligo me magno munere donatū a tua mansuetudine: si mei procuratores vt nō ambigo tuis adiuti presidiis ecclesie possessionē cōsequant. Facies rem gratissimā summo pōtifici & sacro collegio: simulcp impatori & regi bungarie quos nō dubito maiestati tue p me scripturos eē. Ego vero conabor nocte diecp omni studio & diligetia tue serenitati me gratū ostendere: atcp ita efficere vt mihi pfusse tua clementiā nō peniteat. Iamcp p mea virili in sacro collegio bonorē tuū tutare cepi. Nancp cū ageretur de culmine ecclesie pro qua scripseras: erantcp qui omnino illā comittendā esse dicerēt procuratori magni magistri ordinis beate Marie teutbonicorum. Ego prorsus restiti: meacp suasiōe factū est vt res suspensa sit: cū tue maiestatis pconia: simulcp genitoris tui & germani qui pro fide catholica in bello cōtra thurcos obiit clarissimas virtutes retulissem. Quibus auditis sedes apostolica que prius inclinata erat ad promouendū procuratores ordinis: mox sententiam mutauit: decreuitcp supsederē: vt interea tēporis aliquid de cōcordia & pace illarū partiū tractari possit: & medio tempore rectorem aliquem siue administratores illi ecclesie dare: qui tue serenitati merito displicere nō debeat: Verū ego pro ea qua tuo culmini deuotione afficior: audeo suadere: idcp vtile arbitror: vt tua serenitas simul cuius illis de terra prusie oratores suos ad sedem aplicam mittere cōtotius studeat: viros prestabiles & autoritate insignes: qui offerētes viam iuris ac cōcordie cum aduersariis corā sanctissimo domio nostro censuras ecclesiasticas in terra prusie quomodolibet fulminatas aut tolli aut suspendi petant. Spero em̄ eo modo res magnifice ad bonorem tue sublimitatis & illarū partiū tranquillitatem cōduci posse: cum sanctissimus dominus noster ad hec optime sit inclinatus. Et multi sunt in sacro collegio cardinales reuerendissimi qui maiestati tue sunt affectissimi. Inter quos est reuerendissimus dominus rothomagen. Ego vero minimus inter omēs nihil omittam ex his que ad augmentū status & glorie ptineāt tue sublimitatis. Cui me humillime recommendo. Ex roma die vltima augusti. Anno domini. M.cccclvii.

Recommendat illis ecclesie ratispanen. prouentus.

Neas cardinalis seneñ. EPISTOLA CCLXXXIX

e Ottoni & Ludouico bauarie ducibus. S.p.d. Obtinuistis tandē ecclesiā ratispanen. reuerēdo patri Ruperto filio & nepoti vīo cō mendari. Satisfactū est desiderio vīo. Merebat indyta domus vīa exaudiri in suis precibus. Nec talis est ecclesia ratispanen. que vel ꝓbitati vel nobiliteti eiusdē Ruperti satisfaciat. Duo tñ obstabant petitionibus vīis etas scz ꝓmouēdi minor & capituli ipius ecclesie desideriū a quo erat alius electus nō indignus neqꝫ ignobilis. Sed cū reperisset pietas dñi nīi electionē ipam minus canonicam eē & hinc Rupti merita libraret pretulit nobiliorē. Nec putauit in etate momentū eē faciendū: quā tante domus claritas cōmunisset. Est igit vestrū recognoscere hoc bñficiū ab ipo dño nro sanctissimo. Qui etsi fecit qđ debuit: bonorādus est tñ iuuādus & extollendus qui hoc tempore nobilitatis cultor & cōseruator existit. Verū cū ecclesiā ratispanen. que olim florētissima fuit: & a ꝓgenitoribus vīis fundata: magnis opibus abūdauit: iam pauperem: ac pene ruentem & vndiqꝫ laceram eē intelligamus: nobilitatē vestrā rogamus obnixe vt postꝫ ad manus vestras rediit & caro vestra illi ꝓest: ita efficere velitis vt palā oībus fiat vos nō verbo sed ope ipius ecclesie ꝓtectores & aduocatos existere. Sit vobis cōmendata cleri libertas: date opam vt distracta et impignorata bona ipsius ecclesie absqꝫ grauamine cleri recuperent. Sit ipe Ruptus ouiū suarū nō lupus sed pastor: sit canonicorū & aliorū clericorū no tyrannus sed pater. Meminerit quia iubet apls vt nō dominemur in clero: sed tanqꝫ forma facti gregis ecclesie presideamus. Nouerit nō se ecclesie sed ecclesiā sibi cōmendatā eē. Cōmendamus deniqꝫ etiam excellētie vre venerabilē Henricū de babsperg. cuius electio nō suis demeritis: sed propter omissas turis solennitates reiecta est: dignus est certe cui Rupertus & qui res suas gerunt non insultēt sed cōpatiantur: non iniurientur sed faueant potius & ipm ament. Est em vir bonus cuius nobilitati ingenui correspondent mores. Et em manifesta est nobis eius probitas. Nam licet multa in eū quesita sunt testimouia ad eius famam deni granda: nemo tamē repertus testis est qui eius honori detraxerit. Passus est vir bonus nō modicā iacturā. Venit romā cū grauibus expensis fuit hic ea parte anni quādo est ardentior & piculosior aer: & perpessus est complures labores: & tandem succubuit. Prosequebatur caulam suā quesierat honorem quē sibi debitū existimabat. Fecit quod ceteri mortales agunt. Nam quis est qui electus in episcopum alicuius ecclesie nō conetur electionem suam tueri: & a summo pontifice confirmationem suam obtinere: Qui episcopatum querit inquit apostolus bonū opus querit. Verum ea vsus est modestia: ea grauitate in suo iure prosequēdo vt nullius vnqꝫ honori detraxerit: nullius fame preiudicauerit: nullius personam in discrimen adduxerit. Idem fecere & qui cum eo missi sunt a

capitulo. Testes nos sumus corā quibus causa agitata. Tantum ē q̄uis in electum ipsum & eligentes nōnulla crimina obiicerentur per procuratores Ruperti. Ipse tamen electus & sequaces nihil aliud quesiuere q̄ se purgatos atq̄ innocentes ostendere. De Ruperto nihil vnq̄ reprehensione dignum dixere. Sed tam ipsum q̄ progenitores suos & excellentias vestras: ipsamq̄ bauarie domum cum magna veneretione cum summa reuerentia: & singulari quadam maiestate nominauerunt. Quibus ex rebus iustum & supra q̄ iustum eē putamus: vt eundem Henricum & qui cum eo venere cōmendatissimos suscipiatis: eisq̄ fauentes ac consiliis assistentes & auxiliis quod est vere nobilitatis erga eos ostendatis que vicisse contenta nō insultat victo sed victū sepe iacentes eleuat & in partem felicitatis assumit. Hec pro nostra erga vos charitate & indytam domū vr̄am affectione dixisse volumus: q̄uis sciremus nobilitatē vr̄am quod scripsimus p seipsam id fuisse facturam. Datū rome die. iiii. septembris. Anno dñi. M. cccdvii.

EPISTOLA CCXC

De eodem.

Neas cardinalis senensis Ottoni & Ludouico bauarie ducibus
e Salutē plurimam dicit. Annuit sanctissimus dominus noster pre
cibus vestris: ac ratis panen eccliam reuerendo patri domino Ru
perto filio & nepoti vestro commendauit. Voluisset apostolica pietas
eam ecclesiam multo maiorem & ditiorem fuisse: & talem que nobilitati
& moribus ipsius Ruperti satisfaceret. Sed qualiscunq̄ est recipi debet
alacri animo: & habende sunt ingētes gratie eidem domino nostro: qui
valde libere desiderio vestro studuit complacere. Cōmendamus igitur
excellentie vestre ecclesiam ipsam & clerum eius: q̄uis certi sumus fun
dationem progenitorum vestrorum in manibus vestri sanguinis consti
tutam felicibus incrementis augendam esse. Insuper quia venerabilis
vir Henricus de babsperg qui fuit electus a capitulo in prosecutione iu
ris sui modestissime se habuit: idemq̄ fecerunt qui cum eo missi fuerunt
ad confirmationem electionis petendam: dignum censemus vt eos be
nigne recipere & tractare velitis: non permittentes eis aliquam inferri
molestiam vel iniuriam. Nam cum ipsi tam de p̄fato Ruperto q̄ de vo
bis & indyta domo bauarie cum summa semper veneratione locuti sint
& prosequendi ius suum honestam modestiam habuerunt. Non esset
propterea iustum eos iacture aliquid ferre. Scimus hec per se nota esse
prudentie vr̄e: ideo non plura scribimus. Tm̄ rogamus vt si qui sint qui
eos in conspectu vestro criminari voluerint tanq̄ litigando in hac curia
honori vestro detraxerint: nolite illis credere: sed nobis potius fidē pre
bere coram quibus ē causa agitata & qui vobis scripsimus. Datū rome
die. vii. septēbris. Anno dñi. M. cccdvii.

EPISTOLA CCXCI

Grates refert de promotione & eflagitat iterum promoueri. Refert
etiam nouitates vrbis.

Neas cardinalis senensis Imperatori Friderico Salutē plurimā
e dicit. Accepi superioribus diebus litteras tuas super negocio con
cernente reuerendum patrem episcopum laurien̄sem. Introduxi
ad sanctissimū dominum nostrum nuncium tuum: obtinui litteras fieri
fm desiderium maiestatis tue: quas idem nuncius apportabit. Supplico
co serenitati tue digneris ita facere: vt capitaneus in vorchtensteyn non
sit nimis onerosus illi eccl̄esie laurien̄. quia reuera multum exorbitat &
grauat derum: tua maiestas semper pia fuit & sacre religiōi affecta. Con-
tinuetur in hac sua gloria tua pietas nec patiatur a suis officialibus vexa
ri derum quem semper misericorditer tractauisti. Hec dico: quia cupio
semper bonori tuo bene consultum esse. Accepi & alias litteras quas in
facto ratispanen̄. eccl̄esie transmisisti Ruperto fauētes iam ille promotus
erat ad ipsam eccl̄esiam quia reperta fuerat electio capituli inualida. Cau
sa mihi cōmissa erat. Et ego in cōsistorio relationē feceram. Postēȝ domi
nus noster cōsiderauit scripta q̄ prius tua maiestas miserat fundata super
electiōe canonica: nō dubitauit quin ea reperta inualida ꝑmotionē Ru-
perti cōmendares qđ ego etiam ita putaui futurū. Et ita cōplacitū est illi
nobilissime domui. Insup gr̄as ago maiestati tue ꝑ lr̄is sanctissimo do-
mino nr̄o & sacro collegio sup facto varien̄. eccl̄ie in meū fauorē missis.
Nūc cū idē dn̄s nr̄ eccl̄ias illā mihi cōmēdauit: supplex oro vt digneris
lr̄as oportunas in bona forma scribere ad serenissimū polonie regē: sub-
scribēdo illas manu propria: vt maior videat affectio: rogātes eū vt pro
curatoribus meis possessionē ip̄ius eccl̄esie assignari faciat. Veniet enim
infra paucos dies vnus ex ꝓcuratoribus ip̄is ad serenitatē tuam ꝑ lr̄is
accipiendis quē cupio celeriter expediri. De nouitatibus harum partiū
hoc tm̄modo scribere possum. Rex aragonum maximam et potētissimā
habet in mari dassem minatur genuensibus. Sed & aliis ꝯpluribus ter-
rorem incutit. Comes Iacobus piccininus cum exercitu regnum apulie
exiturus est prope diem. Dicit se cōtra Sigismundū maletestā arma sum
pturū: sunt tamē qui senensibus & qui eccl̄esie romane timēdum putāt.
Vrsini & comes cuersus inter se contēdunt: nec finis pōt inueniri discor
die. Cardinalis de vrsinis quasi papā timeret ex vrbe iam pridem recess-
sit: & inde simultates nō pauce exorte sunt inter ipsum & romanū p̄sulē
Missus ētē modo p collegiū cardinalis sancti Marci qui eū aplice pieta
ti reconciliet. Nescio quis fructus sequetur. Nō sumus sine periculo inte-
stini belli si vrsinorum domus implicata remanserit. Ex oriente nouitas
allata est fratrem cardinalis portugalien̄. veneno periisse in cypro: qui re
gnaturus eo profectus erat ac filiam regis duxerat. Thurcorum classis
mitbelenē insulā conatu vexatura fert: sȝ auxilio illi erit legatus aplicus
cū triremibus suis & rhodiēsi manu. Alia q̄ scribā nō habeo. Cōmendo
me bumillime sublimitati tue: ad cuius mādata semp ero paratus. Exro
ma die. xi. septēbris. Anno dn̄i. M. cccclvii.

206

De eodem. EPISTOLA CCXCII

Neas cardinalis senensis. Ladislao regi bũgarie Salutẽ plurimã di. Que scripsisti mihi sup negocio vuratislauien. electi: curaui atq; diligẽter pegi: cuius res esset difficilis & pecuniaria. Gestus est mos tue serenitati & remissa est electo magna pecunie pars. Laboraui vt satisfieret desiderio tuo circa ratispanen: ecclesiam & obtenta ẽ tua volũtas. Prefectus ẽ em illi ecclesie illustris princeps Rupertus bauarie dux cõsanguineus tuus: fui ego in ea causa cõmissarius: & quẽadmodũ debui conatus sum eam relationẽ facere que cũ veritate eidẽ Rupto vtilis eẽt. Feci id libẽter quia intelligebam me sublimitati tue: simul & inclyte domui bauarie cõplacere: & ecclesie illi bñ consulere: nec de hoc plura. Verũ sereniſſime rex cũ tua pietas dignata fuerit dño nro pape pro me scribere atq; iustanter supplicare: vt ecclesia varimen. mihi cõmendareẽ: id q; iam factũ est rogo & supplico vt ceptũ continuans bñficiũ: sereniſſimo regi polnie sororio tuo vrgentẽ scribere digneris, p possessiõe ipius ecclesie meis, pcuratoribus danda quẽadmodũ Henricus senftleben de canns vuratislauien. tue sublimitati latius declarabit necessariũ eẽ. Idem etiam celsitudini tue nouitates barũ partiũ quas sibi scribo seriosius exponet. Nec aliud impresentiarũ nisi q; me tue sublimitati iterum atq; iterum cõmendo ad eius semper mandata paratum. Ex roma die .xi. septẽbris. Anno domini. M. cccclvii.

Hortatur vice sua promotiones principũ ad regẽ polonie impetrare.

curia regis bungarie assignabit tibi ea: sin autē tradit per seipsum regie maiestati que tibi diriguntur. Alia vero curabit trāsmitti archiepiscopo & legato. Nec alia circa hec. De negotiis rheni multa referunt nō bona: propter que necessariū erit vt q̄primū cū consilio impatoris & cuz litteris suis ad partes illas te transferas & labores iuxta cōmissionē tibi traditam. Interea bonū est vt pcures q̄ imperatoria maiestas scribat arebiepiscopo magdenburgen. simulq; rigensi: & in primis treuerēn. & saltzburgen. vt si q̄rant ad aliquā conuentionē in factis ecclesie non cōsentiant: sed ad seipsam omia referant que queruntur. Et suadeatvt si qui sunt qui nouitates querant illis nō assentiant quia periculū est in mora. Habebis mox alias litteras domini nostri qui plenius de hac materia ad te scribet & intelliges rei grauitatē ac periculū bonū est etiā laborare apud ducem bauarie Ludouicū: vt scribat palatino rheni consanguineo suo ne se implicet conuentionibus eorū qui contra sedem apostolicaz aliquo modo moliunt: persuadendo sibi q̄ multo facilius filii principū promouebuntur per sedem apostolicam q̄ per capitula vel ordinarios. Et hoc bn̄ cura in aūribus principū cōculcare quia veritas ē. Vale & scribe sepi? quomodo tibi succedat. Datū rome. viii. kl'. decēbris.

Hortatur ad excusationem grauaminis germanice nationis.

Alixtus episcopus seruus ser- EPISTOLA CCCXLIX
uorum dei. Dilecto filio Henrico leubing notario nostro. Salutem & apostolicam benedictionem. Intelleximus veridico relatu nonnullos esse principes germanie nationis ecclesiasticos & seculares qui de nobis & de nostra curia murmurantes nationem germanicaz nimiū per nos grauari pretendūt. Id faciunt more hominū qui sepe bonū q̄d habēt nō cognoscūt: nec sub alicuius regimie quātūcūq; optimo quiescere p̄nt. Scimus te deuotū esse sancte sedi aplice: & nostri honoris cupidū: nec placere tibi ea que p̄ter ordinē fiūt. Eapropter mittimus tibi copiam nōnullarū litterarū quas charissimo in christo filio nostro Friderico romanorū impatori semp augusto sup hac materia dixerimus vt intelligas plenissime mentē nostrā. Et habeas ex nobis quō bis respōdere possis qui nobis detrahūt. Hortamur etiam pro zelo quem geris ad romanā ecclesiā: vt sumpta oportunitate venerabili fratri nostro archiepiscopo magdebur. qui sicut accepimus ad nouitates mutat'. que imperatori prefato scribimus: aut litteris aut verbo cōmunices; ipsumq; borteris ne peregrinas sequat' opiniones: sed more p̄decessorū suorū in solida sancte sedis aplice doctrina conquiescat: Idem etiā facies apud dilectū filiū nobilē virū Fridericum marchionē brandeburgen. sacri romani imperii electorē & apud alios vbi videris esse necessariuz. In qua re non solum nobis sed ipsi deo cuius res agitur plurimū complacebis. Datuz rome. Dictata p Eneā.

Hortatur audire suo noie loquentē. EPISTOLA CCCL

c Alixtus eps seruus seruorũ dei. Charissimo in Christo filio Ladislao regi hũgarie illustri. Salutẽ & apostolicã bñdictionẽ. Audiuim⁹ ea que dilectus filius vuenceslaus canonicus vuratislauiensis tuo nomine nobis exposuit: & quantũ cũ deo potuimus & vt semper in animo gerimus: desiderio tuo satisfecim⁹. Diximus eidẽ quanto desiderio cupiamus te cũ charissimo filio nr̃o Friderico romanorũ imperatore reconciliatũ ad ea tendere que pro defensiõe fidei catholice & tui regni hungarie tutela necessaria eẽ videnẽ. Et quanto cũ ardore cupim⁹ regnũ illud bohemie sub tuo regimine extirpatis heresum dogmatibus ad vnionẽ veraꝫ sancte matris ecclesie reuerti: super quibns rebus velis ip̃m vuenceslaum nr̃o noĩe loquẽtẽ audire: & sicut de tua in cõe bonum affectiõe cõfidim⁹: nos tandẽ in p̃missis cõsolari. Datũ rome kl̃. decẽbris .M.ccccl xvii. Per Eneã dictata.

Excusatoria grauaminis germanice natiõis. EPIS. CCCLI

c Alixtus eps seruus seruoruꝫ dei. Dilecto filio Nicolao cardinali sancti Petri ad vincula Salutẽ & apl̃icam bñdictionẽ. Cõsiderauimus diligẽter ea que nobis scripsisti sup practicis quas nõnulli principes ac prelati in partibus rheni tenere dicũtur in negociis ecclesie: perpẽdimus quoqꝫ consiliũ tuũ salubre & optimũ eẽ. Eapropter scripsimus charissimo filio nostro Friderico romanoruꝫ imperatori semper Augusto: sicut per copiam presentibus insertam videbis: cuius tenore perlecto habebis ex nobis quomodo bis obuiare possis: qui nostruꝫ & apostolice sedis honorẽ confundere nituntur. Hortamur igit̃ vt scripta nostra vbicũqꝫ necessariũ esse videris publicari & mentis nostre serenitatem sicut teneris & de tua in cõe bonũ affectiõe non dubitamus manifestari procures. Datũ rome. Per Eneã dictata.

Murmur grauaminis germanice nationis referatur: & notabilibus rationibus eneruatur. EPISTOLA CCCLII

e Neas cardinalis seneñ. Martino cancellario archiep̃i moguntini .S.p.d. Fuit nobis epistola tua nõ minus iocũda q̃ꝫgrata: ex qua valitudinẽ tuã simulqꝫ cõiugis tue bonã eẽ cognouimus. & natum tibi esse filiũ quẽ archiep̃s mogũtinus pro sua benignitate de sacro fonte leuauit: quod tibi & honori eẽ & vtilitati nõ dubitamus. Faxit deus vt filius superstes sit: & tue virtutis heres atqꝫ doctrine. Audiuimus deinde que vir probus & modestus vigandus eiusdeꝫ archiepiscopi secretarius tuo nomine nobis exposuit: que duo principaliter fuere. Primo em̃ que fiunt apud moguntinuꝫ de sanctissimo domino nr̃o & ip̃ius curia indies querele narrauit ex ordine. Secundo retulit quo animo sit idẽ mogũtinus contra romanã ecclesiam & ip̃m sanctissimũ dominũ nostrum: & quomodo ad obuiandũ peruersorũ hominũ machinationibus necessariũ tibi videtur intelligẽtiam quandam fieri inter sanctissimũ dominũ nostrum & ip̃m archiepiscopũ. Intelleximus etiam per que media

eandem intellígentiã recipienda3 eſſe putas. Sunt non parua que nobis ſignificas neq; illotis attingẽda manibus. Facis nobiſcum vt amici cum amicis ſolent: libere atq; apte loqueris & confidenter que geris in anio patefacis. Id vo ex amore fieri cognoſcimus teq; veteris amicitie memorem antiquũ ſeruare morẽ aiaduertimus. Cum ſimul in nouaciuitate degeremus nihil tunc tãarduum fuit: nihil tãabditũ atq; ſecretũ quod alter nm non cõicaret alteri: facis probe qui longo licet locorũ interuallo diſiunctus nobis nihil putas reticendũ eſſe. Faciemus & nos idem erga te. Aperiem9 tibi omi ex parte animũ nm atq; (vt amicitie noſtre cõuenit) ſumma cum libertate loq̃mur. Cõſiderauimus igit in primis que dicuntur cõtra ſummũ põtifice apud germanos fieri murmura. Nec miramur ſiquidẽ nullus vnq; locum beati Petri tenuit qui non latrantiu3 dentib9 impetereꝫ. Nec magnũ putamus ſiquis detrabit calixto cum magro ei9 ſciamus detractum fuiſſe xpo. Verax eſt em ſaluator ipſe nec poterit veritas noſtra mentiri quia non eſt diſcipulus ſup magm nec ſeruus maior domino germani tn (ſi verũ fateri velint) ſimiliterq; reliqui xpiani nihil habent cur de calixto murmurare poſſint. niſi q eũ pontificẽ tradidit nobis deus quo digni nõ fuimus. Neq; em buius ſanctiſſimi preſulis mores plebi ſue conformes exiſtunt: qui cum diuinã in terris agat vitam: angelis potius debuit prefici q̃ hoibus. Nihil pius pater quod ſuum eſt q̃rit. cogitatus ſuos oes iactauit in dño. bonorẽ xpi ſaluatorꝫ noſtri: defenſionem fidei: decus eccliẽ: ſalutẽ plebis toto conatu: toto ſtudio: tota mẽte pquirit. Niſi fuiſſet exacta ipſius ſolertia & incredibilis ad cõe bonu3 iam thurcorũ feritas nõ bungariã modo ptriuiſſet: ſed ipſam quoq; alemaniã infeſtis armis petens: xpianis omnibus terrorẽ ſimul ac laborẽ incuſſiſſet. Nam ſi victi apud bungariã & pſtrati ſunt magni thurcoꝝ exercitus: non eſt cui poſt deum alteri gratias q̃ calixto xpiani debeant. Ipe em ſolus fuit qui torpentibus ac pene dormientibus xpiani orbis principibus legatum in bungariã miſit bungaros cum thurcis induciarũ federa querẽtes probibuit: labentes animos erexit: copias congregauit: bellumq; illud cõmittere ſuaſit: in quo primũ etate noſtra thurcorũ domin9 turpiſſime fugere viſus eſt: & ſalus xpiano populo parta. Tacemus que geſta ſunt in oriente p daſſem aplicã: & que in albania & aliis q̃pluribus locis ipſius domini noſtri pecuniis p tutela fidei indies geruntur. Nihil aliud ſua ſanctitas in anio gerit q̃ ſuo tpe ita inimicos ſalutifere crucis bumiliare. vt tandẽ vocatus a dño creditã ſibi eccliam in ſtatu ſecuro ac trãquillo relinquat. Ob quã rem neſcimus pfecto quid ſibi velint qui tam ſanctum preſulẽ & tm de cõmuni vtilitate ſolicitum calũniari pſumunt. Nam q aurum a vobis extorqueat iniqua eſt prſus accuſatio. Nibil em preter conſueta iura recipit niſi fortaſſe ſponte ſua nõnulli in daſſem contra thurcos offerãt q̃s paucíſſimos eẽ conſtat. Vtinã tot eẽnt qui tãte rei ac neceſſarie optime ſubuenirẽt. Eccleſiaꝝ electiões canonicas qui dicũt

a ſua ſanctitate ꝓtẽni. aut eccleſias metropoliticas ſeu cathedrales in alemania reſeruari longe a veritate recedunt. Nulla electio reiecta eſt quam cõſiſtit fuiſſe canonicã põtificialis eccl̃ia in alemania nulla reſeruata ẽ: ſpecialiter a dño nr̃o cõtra cõcordata vr̃a. nec eſt eius ꝓpoſitũ neq; fuit hactenus quicq; agere. Et cuius nemo imputare poſſit ſi ſua ſanctitas dignitates principales in collegiatis eccleſiis ſiue primas poſt pontificiales reſeruauerit: neq; enim cõcordata in hoc aduerſant̃ non tñ inuenient̃ facile reſeruationes beneficiorũ niſi ꝑ cardinalibus aut aliquibus fortaſſe maximis viris ab eadẽ ſanctitate emanaſſe. Itaq; neſcimus quo vultu quo ore qua denicq; audacia preſumant aliqui ſanctiſſimo preſuli noſtro detrahere. tanq; nationi veſtre oneroſus exiſtat. qui ꝓfecto non tantum nationi hiſpanie vnde ſibi orig̃o eſt: quantũ germanice affectus eẽ videt̃: & qui diuinitus nobis datus eſt vt hoc piculoſo tempore ab infidelium incurſione maximeq; thurcorũ impetu orthodoxam xp̃i religionẽ non ſoluꝫ tueret̃ ſed etiam eleuaret & ꝓpagaret. Laudamus igit̃ & oĩ bonore dignum reputam⁹ archiep̃m moguntinũ: qui reiectis malignantiũ inſidiis apud ip̃m dñm noſtrũ ſanctamq; ſedem ap̃licaꝫ omniũ fideliũ matrẽ atq; magiſtrã pmanere decreuit. Facit qđ doctum quod prudentẽ qđ bonuꝫ prelatũ decet: qui peregrinas reſpuens opiniones: in ſolida ſancte romane eccleſie doctrina: & in ipſa xp̃i petra pedes figit. Facit modo qđ fecit dum al's eadẽ quererent̃ que modo tentant̃. Nunq; em̃ Eugenio ſancte memorie ſummo pontifici defuit; cuius multi ex germanis in illuꝫ deſeuirent. nouit oĩa noſter pontifex. eiuſq; ꝓbitati miro mõ afficit̃: nec vnq; eius nois abſq; ſingulari laude meminit: ita vt certiſſimi ſumus nũq; ipi⁹ petitiones in conſpectu huius preſulis vanas fore: que digne audire videant̃. Ceterũ quod ſecũdo loco ſecretarius antedictus expoſuit: nobis alienuꝫ viſum eſt q; ex viro docto ex iuris interprete & magnis verſato cauſis prodire debet: nouiſti em̃ romanũ p̃ſulem vnicũ eẽ principem cui oẽs obedire tenent̃: petri & pauli locũ tenere qui ſedet in ap̃lico throno xp̃i vicarius eſt qui romane preſidet vrbi. non eſt igit̃ cur ſe cuipiã intelligentie nomie vel federis obliget neq; ſubditorũ eſt cum dñis ſuis federa querere: nec tamen forttaſſe ita loqueris vt romanos; preſulem ex intelligentia queras obligare quod noſti quantũ iura pmittant. Sed aduertimus que petis intelligẽtie iam magna profecto & que nos aliquantuluꝫ de tua compulerint admirari. Scimus quia cum amico oĩa confidẽter agis. Idem & nos facimus. Vtimur reſpondendo ea fiducia qua tu interrogãdo es vſus. Equidem indigna putauimus que nomine archiep̃i peterent̃. nec arbitramur eos bene agere qui archiep̃o ea petenda ſuadent; cuius nec ſue menti que ſemper modeſtiſſima fuit talia credimus eẽ pſuaſa. Sue nanq; dignationi id ſatis eſſe debet vt añceſſorib⁹ ſuis equalis exiſtat. Neq; illa querit que ante centum annos nullus obtinuit archiep̃us. Rectum & laudabile fuit ꝓpoſitum eius: ſi neq; romanũ pontificem mi-

norem nec se maiorem suis antecessoribus esse velit. Illud quoq; attente cōsiderabit quisquis ecclesie moguntine prefuerit vt neq; romana sedes conculcetur aut quouis modo damnet̄. Certum est enim quia languēte capite nequeūt membra consistere: neq; possunt riuuli non arescere fonte siccato. Salus ecclesiarum omniū profecto ex romane sedis precellētia & summa auctoritate dependet. Quibus ex rebus non essemus ausi ea quo quo modo aperire domino nostro que nobis pro intelligētia contrabē da significasti. Sunt enim eneruatiua apostolici iuris & non minus profecto preiudicii pre se ferentia. Et illa presertim que de confirmationibus pontificialium ecclesiarū attigisti: non ignoras vt credimus qualis sit ip̄e dominus noster: quanta est in eo circūspectio. quanta omniū rerum noticia: quanta grauitas atq; constātia. Etsi enim omnes laudandi sunt quos nouimus romani presules: hunc tamen omnibus preferendum putam⁹ qui cum vite mundissime sit & omnia gerat cōmendatione digna: tum v̄o his conditionibus preditus est vt falli non queat. Est enim etate gaudeuus. Versatus est in arduis & magnis negociis. Doctrina ea p̄fulget cui similis nemo est qui audierit in antecessore fuisse. Itaq; non facile decipiendus qui tum multa per etatem viderit: tum conscientie lumen cum rerum magnarū experientia cōiunxerit. Rideret nos sua sanctitas siquid ei preponeremus doctissimis eius auribus quoquo modo indignū: atq; ob hanc causam nō presumpsimus ea sibi referre que tuo nomine exposita sunt. Neq; em̄ sua pietas eos probare solet qui res minus iustas sibi preponunt. Verū vt ad grauamina nationis vestre redeamus: si quid est quod emendatione egeat laudamus id sanctissimo dn̄o nr̄o significari. Nec dubitamus quin sua sanctitas debito modo ꝓuideat. Illud aūt nobis exploratissimū est. archiep̄m. s. prefatum in optima reputatione apud sanctissimū dn̄m nostrum eē: fauoremq; sibi & oportunū presidiū ab eo nunq̄ defuturū. Certo scimus aduersus om̄es qui sibi molesti fuerint: ꝙ si eorum oratores huc venerint recipient̄ ꝓfecto benigne & humaniter tractabunt̄. nec duras inuenient apl̄icas aures in his que concessu digna petierint. Qd̄ v̄o dicis serenissimuꝫ impatorē & ip̄m archiep̄m si se cum sancta sede apl̄ica intellexerint facile impedituros aduersantiā machinamenta. Id quidē credim⁹ & ita factuꝫ esse nouim⁹ in supiorib⁹ annis. At cum impator prefatus cum sanctissimo dn̄o vnanimis sit: nec vnq̄ ab b⁹ sctē sedis deuotiōe declinauerit: curandū est vt ip̄e archiep̄s idē agat. In q̄re cum multa tua consilia possint: rogamus vt in hoc tuos intendas neruos velisq; doctrine tue nomē in defendēda romāe eccl̄ie auctoritate potius q̄ impugnāda darum facere. sic enim & moguntine ecclesie recte cōsules: & tibi & tuis amicis vtilitates crescēt & accumulabuntur honores Datum rome. xii. kl̄. octobris. Anno domini. M. cccclvii.

Destinat̄ legat⁹ apl̄icus ad nuptias ladislai regis. EPIS. CCCLIII

Alixtus epʃ ſeruus ſeruorum dei. Dilecto Iohanni filio cardinali
e ſancti angeli. S. & a. b. Ex litteris que de partibus auſtrie ad curiã
noſtram indies deferunt: intelligimus dilectionem tuam cum lit
tere ille ſcriberent adhuc fuiſſe in bungaria: de qua re plurimuꝫ admirati
ſumus: cum iam pridem tibi ſcripſimus vt ad partes alemanie te confer
res: eam diſcordiã pro tua facultate ſedaturũ: que inter chariſſimos filios
noſtros fredericum romanorũ imperatorẽ: & ladiſlaum bungarie & bo
mie regem verſat: que quantũ periculoſa ſit & quantũ reipublice xp̃iã
ne damnoſa pro tua ſingulari prudentia non ignoras. Neſcimus que te
res tamdiu retardauerit: cum nõ lateat non minus vtile fore dictos prin
cipes adinuicem reconciliare cũ thurcorũ pernicioſis obuiare conatibus
Si quidem noxiora multuꝫ ſunt inteſtina bella cũ externa: & fruſtra bis q
foris ſunt reſiſtimus ſi aliis qui intus ſunt vulneramur. Itaq; voluiſſemus
te cũ primuꝫ recepiſti litteras noſtras ad impatorem & regem p̃ſatos iter
arripuiſſe, quod quidẽ fuiſſet noſtro iudicio expeditiſſimũ. Verum cum
nouiſſime nobis relatum ſit dictum bungarie ac bobemie regem circa feſ
ſtum ſancti Martini pxime futurum decreuiſſe bobemiã petere: vt ſibi
ſponſam ſuam chariſſimi filii noſtri Karoli regis francie natam cõduci fa
ciat: & cum eadem ibidem ſolẽnes nuptias celebret: pro qua iam fertur
oratores miſiſſe. Cõmittimus tibi & baruꝫ ſerie mandam9: vt omnibus
aliis poſt habitis ad ipſum regem cũ celerrime te conferas: eiuſq; nuptias
tam ſui cũ dicti regis francie conſideratione nr̃o & apoſtolice ſedis nomi
ne vt dignũ eſt tua preſentia honores. Erunt em̃ vt fama ẽ he nuptie plu
rimum excellẽtes ac magnifice tam reſpectu p̃ſonarũ inuicẽ cõtrahentiũ
cũ principũ qui cõuenturi eo dicunt: cum non ſolum dilecti filii nobiles
viri bauarie & ſaxonie: duces marchioneſq; brandeburgen. cum cõiugi
bus. Etiam chariſſimus filius noſter caſimirus rex polonie: ſimulq; conſors
eius regina earundẽ nuptiarũ celebrationi aſſerant interfuturi. Con
ſideramus aũt q; in tantorũ cõuentu principũ multa tractabunt: in qui
bus erit tua preſentia nedum vtilis ſed etiam neceſſaria: per quos religio
noſtra cõtra thurcorũ impetus defendat commode tractare. Et cum ſint
ibi nõnulli male de fide catholica ſentientes eorũ malicia ne quid in tanta
congregatione nocere poſſit oportune obuiabis. Quibus ex rebus ne
ceſſe eſt vt eidẽ cõgredationi prorſus intereſſe cures: & ita nos dilectioni
tue iterum atq; iterum cõmittimus & mãdamus: reſpõſum tuum ſuper
his cũ celerrimũ expectantes. Datũ rome die prima octobris Per Ene
am dictata.

Hortatur legatum cũ celeriter nuptias regis adire.

Neas cardinalis ſenenſis Io- EPISTOLA CCCLIIII
e banni cardinali ſancti angeli. S. p. d. Cognoſces ex litteris ſanctiſ
ſimi domini noſtri cũ neceſſaria ſit p̃ſentia tua in nuptiis. quas ſere
niſſimis rex bungarie celebraturos eſt in praga. Ob quã rem cũis non

puto neceſſariū dignationem tuam adhortarivt q̄ celerrime eo ſe cōferat quia tamē eius rei vtilitatē non ſolum animo percipio ſed manibus quo damodo vt ita loquar palpare videor: non poſſum facere quin tanq̄ ſeruitor & filius tuus ea ſcribam que bonorē tuum cōcernere aiaduerto. Sane q̄uis pietas dñi noſtri id iudiciū de tua dignatione faciat. quod de viro prudētiſſimo & optimo habēdum eſt: q̄uiſq̄ oīa que p te facta ſunt miro modo cōmēdet. Illud tamē plurimū admirat̄ q̄ diſſidētibus inter ſe ſereniſſimis principib⁹ romanor⁹ impatore & hungarie rege nō ſtatim te ad ſedandas eorū diſcordias ſepoſitis aliis negociis p̄parauiſti. cū certum ſit illis inter ſe contēdentibus non ſolum nobilē illam auſtrie ꝓuinciam cōturbari: ſed etiam turcis viam p̄beri qua facilius ad xp̄ianitatis inuaſionem ꝓrumpere poſſint. Videt̄ igit̄ mihi admodū expediens q̄ tua dignitas ad p̄fatas nuptias iter ſuum accederet. que vt extimat̄ mense ianuario aut tardi⁹ februario celebrabūt̄. Erit cōuetus ille celeberrim⁹ in quo duo reges & tot principes cōparebunt. Nō dubito quin magna ibi tractent̄: & vt arbitror quin principaliter agitabunt̄ in eo loco negocia. nanq̄ cum lites impatoris & regis nōdum cōpoſite ſint: erit cura illorum principum in primis illas ſedare. Inter polonie regem & fratres ſct̄ Marie theutonicor⁹ aget̄ de ꝓcordia. Bohemi de ſuis articul' curioſi erūt Illi qui ſunt in rheno & res nouas cōtra ſedem apoſtolicā practicare nitūtur nō omittent p oratores ſuos ex cōuentu aliquid attētare. Poſtremo etiā de defenſione fidei cōtra thurcos vt mea fert opinio inter tātos proceres ſermo fiet. Magna ſunt hec & ꝓfecto tuaꝫ preſentiā merito exigūt Itaq̄ tanq̄ ſeruitor tuus ſuadeo ne quo pacto ei cōgregationi abſis: q̄d eſſet & inhoneſtū & incōmodū aplice ſedi. q̄ ſi interfueris cōplacebis ꝓculdubio non ſolū regi hungarie: ſed etiam regi frācie cuius filie nuptias honorabis: obuiabis malis que per nonnullos ꝓcurant̄. Et multa bona opera ꝓcurare poteris tam pro pace xp̄ianor⁹ q̄ p defenſione fidei contra inimicos crucis xp̄i. Piumq̄ ſanctiſſimi dñi noſtri deſideriū hoc potiſſimuꝫ modo adimplebis. Et rem facies tua virtute dignam. Duabuſq̄ maximis nationibus gallice & germanie ſimulq̄ duobus maximis principibus hoc eſt impatori & patruelis ſui: & regi francie in filie ſue honoratione rem gratam faciens demulcebis capita. Datū rome die prima octobris. Anno. M. cccclvii.

Scribit ſe bene valere nec ſuperfluis curis angi velle.

EPISTOLA CCCLV

Neas cardinalis ſenen. Petro
c noxetano. S. p. d. Si non ſcribimus ad te ſepius id facit negocio⁹ multitudo quibus deſtinamur: ſimulq̄ tua humanitas qua non veremur abuti. Extant apud nos ſcripta tua quibus ſatis eſſe dicis ſi quater tibi ſcribamus in anno. Hoc nos pigros reddidit: dabimus & ſex & octo epiſtolas in annos ſingulos amicitie tue: nunc hec prima ſit anni huius q̄ nos bene valere & animo & corpore intelligas q̄uis multa indies

227

emergunt q̃ cõturbare cuiuſuis hois mentẽ queant: ſed nolumus affligẽ re cor noſtrum quãdo nihil eſt quod meſticia noſtra reipublice ꝓſit. Fa ciemus quod noſtris ſubeſt viribus reliquũ deo relinquimus: cuius eſt & nos perdere ſi velit: & ſaluare bancipam mundi machinã quam de nõ eſſe in eſſe ꝓduxit: cum dubiũ nõ eſt ei curam eſſe operum que ſue fece runt manus. Hec tibi pauca ſcripſiſſe voluimus rogantes vt tu quoq; le to animo id vite traducas quod ſupeſt. Optam⁹ te aliquando viſere atq; amplecti. Benevale. Ex vrbe romana octobris.

Negat ſe altiorẽ gradum ambire & collaudat poetice metrificantem.

Neas cardinalis ſeneñ. Fran EPISTOLA CCCLVI
e ciſco pbilelpho militi & poete. S.p.d. Carmen tuum inſignis eq̃s & optime poetarum accepimus ſimulq; lras maturo ſcriptas elo quio. Fuerũt vtraq; iocunda ab amico miſſa & condita ſalibus. In carmi ne plus aliquid eſt q̃ nobis cõueniat: nunq̃ id ſomniauimus q̃d tibi de nobis polliceris: neq; gaudia bec ſine preſagio vel fatum vel ſomnioruꝫ ſolent euenire. nr̃a ſors maior eſt virtute noſtra: ſtulti ſumus ſi volare alti⁹ ambigiamus. Sed ineſt tuis verſibus incredibilis ſuauitas que nos etiaꝫ adulando delectauit. Quod queris de pararellis plutarci: vanum eſt pe rierunt omnia. nemo eſt qui de bis loqui norit naufragiũ paſſe ſunt litte re: & quidem apud rbodum vbi neq; reliquias relegere nautas licet. Tu ſi more tuo ſapias amiſſo libro non adiicies vt animũ crucies. Apud re uerendiſſimũ cardinalẽ de colũna vidimus & legimus forſiadam tuum opus terſum & dignũ quod priſcis poematibus annumeret. Et tu Fran ciſci ducis geſtas res decantare dignus eras: vt illius virtuti tua muſa de bebatur. Si tamen dignis ille te premiis proſequit̃ & egere vetat. ſi ſecus bortamur fiſtule vt ceram amoueas: nam magis illi tua taciturnitas q̃ ſi bi tenacitas detrimentũ preſtabit. Vale & nos ama vt ſoles. Ex vrbe die xxv. octobris.

Meſtus ex morte amici ꝓſolat̃ bis mediis. EPIS. CCCLVII

Neas cardinalis seneñ. Iobanni cãpiſio epiſcopo placentino. Sa
e lutem plurimã dicit. Si non ſcribimus ſepe dignationi tue das ve niam nõ ambigimus. nam & nos vegio poete ignoſcimus q̃uis nunq̃ nos adierit nec nobis quicq̃ ſcripſerit poſtq̃ cardinalatuꝫ ſuſcepi mus. Sumus memores legis noſtre quando cõmendas nobis aliq̃s huc venientes: & ſi non reſpondemus operas tamen noſtras illis offerimus: eſtq; nobis iocundiſſimũ litteras tuas legere & illas audire que a teveniẽ tes bonam valitudinẽ tuam nobis enunciant. Cupimus te aliquãdo hic videre etſi parum ſpei ſuper aduẽtu tuo babemus quãdo iam ſedem ele giſti & vite ſimul & morti. Nos modo quod ſcribamus non babem⁹ ni ſi obiiſſe Stepbanũ catiam nouarieñ. communẽ amicũ: quo cum magna pars amicitie a nobis abiit. Afficit nos incredibili merore ſuus obitus: illud tamen conſolationi nobis fuit q; fortẽ eum in tranſitu cognouim⁹

nunq̃ em̃ eiulauit: nunq̃ verbum admisit non xp̃iano nam sapiente viro dignum ecclesiasticis sacramentis deuotissima mente susceptis ad extremum vsq; anbelitũ intellectum & verba prudentis hominis retinuit. Sepultus est apud hospitale sancte Marie teuthonicorũ die.xi. huius mensis. Vale optime & amici aniam in orationibus tuis recõmendatã habe. Datum rome.xx.octobris.Anno.M.cccclvii.

Mortẽ amici denunciat. EPISTOLA CCCLVIII

Eneas cardinalis seneñ.scene. Salutem plurimam dicit. Stephanꝰ noster catia nouariensis.cõmunis amicus animaꝫ creatori reddidit. Hec scribimus vt non doleas amici obitum qui more christiano & vt sapienteꝫ decuit ordinatis rebus ex hac luce migrauit. sed vt congaudeas illi ad meliorem vitam profecto: nobisq; compatiaris tali orbatis societate: cogitesq; aliquãdo de nobis qui hoc in pelago sine velis remisq; nauigamus. & fluctuantes ab ipso naufragio non longe absumꝰ. Vellemus hic esses & rerum nostrarum cursus intuereris. Sed quid querimur ferenda est fortuna quam deus mittit: neq; enim dubitandum est quin deo sit cura huius mundi quem sue condidere manus si curat igitẽ quecunq; accidunt aut volente illo aut permittente fiunt. hoc nos consolatur & equo iubet animo expectare tempus in quo & ad Stephanuꝫ & ad reliquos qui nos precesserunt amicos euocemur. De re tua audiuisti que sit pontificis sententia: non est que modo alia queras. deus ipse operam ferat Iohanni caimo optimo viro & amico tuo nostroq; diximus de scutifero nos esse facturos quod tua iuberet amicitia nec mutauimꝰ opinionem: rogamus te principi simulq; Nicolao azimboldo nos cõmendes: cuius benignas litteras his diebus accepimus: nec dubitamus eum pro veteri consuetudine nos amare. Vale optime. Ex romana die.xx. octobris.M.cccclvii.

Pollicetur operas suas amico & concordatis minime derogare. EPISTOLA CCCLIX

Eneas cardinalis senensis Martino mayer. Salutem plurimã dicit Scribimus tibi non sine fiducia singulari litteras breues. non scimus dare inania verba. Amamus ex corde amicos & his adulari nescimꝰ Crede optimo corde loquimur: si facultas assit nunq̃ deerimus votis tuis & id certo certius habe. quia vetus amicitia nostra solida est. In facto ecclesie romane illud tibi dicimus quia non lediẽ caput sine membris: nos hic curabimus ne concordatis deroget̃. Deinceps non credimus nationem vestram habere causam querele si pacta seruent̃. De gratia nostra siue reseruatione scripsimus & nunc repetimus: non est animus noster vexare quẽq̃ occasione illa nec intendimus cõcordatis per gratias nostras in aliquo derogare. Vale & nos vt soles ama. Er vrbe die.xx.octobris.

Deo gratias

228

Denunciat desideriis amici satisfactum. EPISTOLA CCCLX

Neas cardinalis senensis Theoderico archiepo maguntino. Sa-
e lutē plurimā dicit. Ex vigando secretario tuo accepimus litteras
dignationis tue. Cognitis bis que cupiebas mox audiuim⁹ san-
ctissimum dominū nostrum qui leto animo votis tuis annuit. Nouit sua
pietas quo animo quaue opera tua dignitas superioribus annis romanas
adiuuerit ecclesiam: & vbi occasio detur monstrabit se diligere tuam vir-
tutem. nos aūt in quacunq; re poterimus erimus semper & voluntarii &
proni desideriis tuis morem gerere. Datū rome die vicesima octobris.

Pollicetur sexingentos florenos amice pro dote aut ingressi religio-
nis. EPISTOLA CCCLXI

Neas cardinalis seneñ. Iacobo picholomeo. Salutē plurimam di
e cit. Litteris tuis quas de montamia & Audrea filiis tuis nepoti-
bus nostris ad nos scripsisti: respondimus semel & iterum: nesci-
mus an nostra scripta in manus puenerint tuas. Ideo hec pauca repetim⁹
vt non putes mēte nostra excidisse quod illic immobiliter sedet. De mō-
tamia ob res que geste sunt difficile est rectum ferre consilium. Intelligi-
mus em̄ eam monasteriū abborrere: matrimoniū aūt reperire sua condi-
tione dignum difficile est: nos igit̄ relinquimus tibi banc prouinciā vt si
bi persuadeas q̄ in rem suam sit prudens. Si essemus pecuniosi; & more
quorundā cardinaliū abundaremus: daremus illi & virum & dotem. Ac
cum tenuis sit conditio nostra: volūtatem potestas impedit; vtcunq; sit
ex paupertate nostra sexingentos illi aureos spondemus quamcūq; viā
ingrediat. Scriptoriā apostolicā Andree tuo & si optamus acquirere ta
men nō valemus: nemo enim est qui absq; mille aureis eam consequi po
test. Oportet igit̄ illas ingredi vias: nos vbi poterimus non deerim⁹ ne
cessitati tue. Et si deus dabit vt possessionē varinien. ecclesie ꝓsequi pos-
simus: ita nos geremus vt intelligas nos amātissimi fratris locum tenere
Datum rome vicesima octobris.

Refert mortē amici & se cōmendari orat. EPIS. CCCLXII

Neas cardinalis seneñ. Latino equiti ciprio. Salutem plurimam
e dicit. Duabus epistolis tuis gratias nobis egisti sup bis que tui
cause fecimus. Cognoscimus nos nec pro debito: nec pro volun-
tate satisfeciisse: sed tua benignitas parua pro magnis accipit. Gaudemus
obtigisse tibi desiderium tuum: nam & tua virtus maiora meret. Afficiet
tibi summ⁹ pontifex & desideriis tuis vbicunq; poterit faciet satis. Ami
cus tuus & noster Stephanus cacia: cuius fine lachrymis non possumus
meminisse creatori deo animam reddidit: rogamus te vt eius nepotes
apud illustrissimū ducē cōmendatos habeas quibus beneficia sua collata
sunt: Et nos etiam vnam prepositurā tenuē obtineamus: velis nos prin-
cipi & consorti eius cōmendare qui ad eorū bñplacita semp inueniemur
attentissimi. Datum rome. xx. die octobris.

Concordatis ecclesie operam dare promittit ne violentur.

Neas cardinalis seneñ. Iobã. EPISTOLA CCCLXIII

e ni lesure. Salutem plurimam dicit. Amauimus probitatem tuam ante promotionem nostram & nunc potissime colimus obseruamusq;. Inuenimus enim in te & veritatem & prudentiã. Credimus plene illud esse scz aliquos qui vulnerent: vt medendo lucrent̃: sed nõ patietur caput sine dolore dãnoq; mẽbroꝝ. Mittimus tibi cum p̃sentibus alphabetum quod optasti: quod signatũ recipies: poteris illo vti & nobis que grauiora erunt significare: habebisq; responsa ex nobis que res ipse exiget. Decet bonos viros curare ne vnitas ecclesie magno parta labore iterum scindatur. De cõcordatorũ obseruatione soliciti sumus. damusq; operam ne violent̃. Amideus pro quo scribis si inueniet̃ fuisse in possessione tempore concordatoꝝ habebit pacem: idq; dñs noster nobis commisit inquirere: vale optime & scribe nobis frequẽter. nam lr̃is tuis quasi p̃sona tua tuemur. Ex roma. xx. octobris.

Excusat se contra concordata eccl̃ie fecisse. EPIS: CCCLXIIII

Neas cardinalis seneñ. Petro knorren doctori. S. p. d. Grate fue-

e runt nobis lr̃e tue quib⁹ nouitates germanicas significasti & dictarum institutiones. Scimus nos eẽ tibi charos qui om̃ia vt amico communicas. Estq; nobis non parua voluptas te tenere memoriã veteris amicitie: vellemus nationẽ tuam vti sano. consilio & nõ repente ad nouitates prorumpere: multo labore parta est pax ecclesiastica: facile rũpetur si volueritis. At erit non nobis solum dãnosa sed etiam vobis. Cũ volueritis resarcire non poteritis leuiter. Quod nobis dicis imputari de reseruationibus ac pensionibus: nescim⁹ quid id sibi velit. nisi fortasse de vno monasterio prope cõstantiam quod impetrauit ꝓthonotarius de lapide: de quo nobis pensio centum florenorũ assiguata extitit: id ille aiebat placere principi patrie: nec erat cõtra cõcordata cum electio ibi canonica nõ fuisset. De alia pensione nunq̃ nos intromisimus. De reseruationibus est verum ꝙ habemus bullam pro duobus milibus florenis. Credebamus nationem illam nõ egreferre si nos qui in ea nutriti sumus tantum in beneficiis haberemus. Et nihilomin⁹ diximus pape: & scripsim⁹ archiepiscopis moguntino: treuereñ. & coloniensi: nos illa bulla nullatenus vti velle: vbi cõcordatis cum natione aduersaret̃. Itaq; nescimus cur nobis aliquid imputari posset. Cõmendamus tibi vnionem ecclesie vt facias quemadmodu3 cõsueuisti quia nihil pace melius. Contra prutenos sedes apostolica vsa est suis armis: restat vt vestris vtamini. Si qua in renatio ipsa grauet̃. potest recurrere ad sedem apostolicam. Credo nõ spernentur preces sue. Fuimus locuti sanctissimo domino nostro de iuramẽto tuo. sanctitas sua viue vocis oraculo nobis dixit ꝙ iuramentum illud suspendebat ad effectum vt posses romane ecclesie vtilius seruire. Et ita poteris affirmare te non eẽ obnoxium iuramento. Age igitur vt cõsue-

229

uisti: nos semp inuenies paratissimos ad ea que tibi grata sint & inclyte nationi vtilia. Cupimus vt nos commissos facias principi marchioni alberto cuius eximie virtuti omnia debemus. Vale ex roma die. vii. nouembris.

Captata beniuolentia petit amicum suo nomine audire.

EPISTOLA CCCLXV

Neas cardinalis senen. Francisco duci mediolanensi illustri. Salutem plurimaz dicit. Quis in curia sereniss imi imperatoris & aliis in locis vbi moraz traxi: semper bonoris & glorie tue cupidus fuerim: illisq; pro mea virili consulere studuerim: vt testes sūt magnificus eques scena de curte & alii quos tua excellentia ad imperialem maiestatem & romanā curiam aliquando trāsmittit: fateor tamē me nunq; aliquid egisse propter quod presumere debeam gratiam quātumcunq; minimam ex tua mansuetudine deposcere sed audaciam petenti quam mea non prestant merita tua liberalitas & in omnes beneficia concedit: que cum vel ignotis prodesse solet: mibi vt existimo non daudet aures: neq; ego illam implorare auderē nisi me necessitas vrgeret: sed cum vocatus ad cardinalatus bonorem eos non habeā: redditus qui buic dignitati cōueniant: cogor ad eos recurrere quos pro sua singulari bonitate mibi bene velle arbitror. Inter quos excellentiam tuam veneror. nam & amici quos mediolani babeo hec mibi & literis & nunciis indies confirmant. Quibus ex reb⁹ cōmisi prefato scene integerrimo amico meo. vt aliqua meo nomine mansuetudini tue exponat. Cui precor & benignas aures impertiri & pces suas quas vice mea attulerit bono animo exaudire velis: nam & opus pietatis exercebis & me seruitorem tuum magis ac magis obligatū babebis. Ex roma quarto nonas decembris. Anno. M. cccclvii.

Instruit de mente sua apud principem exequenda.

EPISTOLA CCCLXVI

Neas cardinalis senensis scene de curte. Salutē plurimam dicit. Raphaelem capinū nobilem adolescētem (quem ad nos misisti) recepimus in familiam nostram: & tui causa & sui libenti animo: nam & nos tibi obnoxii sumus & in omnibus morem gerere cupimus: & ipse pre se fert modesti & prudentis indolem iuuenis. Vtinam bi sim⁹ qui virtuti sue satisfacere possimus. Quod pmittis te apud illustrissimuz ducem procuraturum nostri causa non est apud nos dubium: nouimus animum erga nos tuum & amicum verum te esse nō ambigimus. Si bona principis mens in ea re fuerit tua non deerit opera. Ita nobis psuasum est. Scribimus excellentie sue litteras quarum exemplaria cum presentibus ad te mittimus. Si putas reddendas esse reddito: si minus vtere cōsilio tuo & rem nostram pro tua circumspectione curato: nos tantū volumus q̄ntū licet. Pauperes nati sum⁹ & in banc vsq; diē viximus tenues: nunc si aucta est dignitas non tamen accreuerunt opes. Confidimus in

bonitate summi vt q nos nunq̃ destituit neq̃ in cardinalatu deseret? qñ non bi sumus qui Maria montesq̃ cupimus. Satis nobis fuerit non egere. Quod illustrissimi ducis auxilio futurũ confidimus & tua solicitudine. De maxima illa concubina non est q̃ mirere: lata est romana curia & omniũ rerum capax: boni & mali apud nos versantur: hic superbia & humilitas: hic auaricia & largitas: hic luxuria & frigiditas: hic libido & continentia. hic summa virtus & summum vicium. Sagena hec est in mari missa omnium genere piscium plena. Triticum adhuc simul & palea in area est: & magna fatuitas & summa sapientia simul habitant. Quid mirũ si opa aliquando predara efficimus digna laude: aliquando sic agimus vt reprehendi vel a minimis valeamus.

De palatio budeñ. & aliquid contra basilíense consilium.

EPISTOLA CCCLXVII

a Mbrosius camalduneñ. Reuerendissimo ac sacratissimo impatori Sigismundo semper augusto fidelitatem & subiectionem. Habeo gratias ingentes maiestati tue demẽtissime princeps q̃ priusq̃ pannonia discederem pulcerrimi & magnificentissimi omniũ quod vnq̃ viderim spectaculi te esse participem voluisti. Inspeximus summa cum admiratione precipuoq̃ stupore edificatum abs te palacium tãtaq̃ occurrunt singulariter miranda vt quod magis mirari quod primũ predicare debemus non occurreret. Tam multa ad se trahebant atq̃ in se rapiebant obtutum effectumq̃ nostrum. Deniq̃ structure moles tam vasta est vt nullam toto orbe maiorem reperire posse arbitremur. Eius omnia membra adeo magnifice tamdecenter instructa sunt vt ad gratiam nihil possit accedere: singuleq̃ vt dictum est partes secum de pulcritudine & magnificentia certare videnẽ vt quod primũ admiremur non occurrit: nisi q̃ simul omnia inspecta excedunt omnẽ admirationẽ: vixq̃ arbitremur persis illam formosissimã regiam de qua tam multa predicanẽ huic tue coferendam. Transimus ad contuendũ peripatũ illum spaciosissimũ prospectum omnino mirabilem plerunq̃ voluptatis. Neq̃ his contenti piscinas quoq̃ & hortos circuire plena occurrebãt oculis. Pauca de multis que me mouent in vnum congressi execratione digna tueq̃ serenitatis oculis legenda subiecti. Equidem consideratis scandalis que indies ex huius perpetuatione concilii prodeunt huius sententie sum vt pro firmo & rato habeam nihil a tua pietate posse fieri vel deo gratius vel acceptius seculo vel ecclesie matri vtilius q̃ huius eneruationẽ abbominationis pro viribus moliaris. Et oro ne tua me pietas temeritatis arguat ita sentientem. Nam si ex abundantia cordis os loquitur ego istam sententiam ex altu cordis eructo. Deus aũt noster omnipotens serenitati tue q̃ ad pacẽ sunt inspirari digneẽ annosq̃ tuos bñdicere religiosissime princ & auguste piissime. Ex vuienna. Anno. M. cccc vii.

Commendat causam suam & spondet operas suas in reciprocum.

Neas cardinali seneñ. S.p.d. EPISTOLA CCCLXVIII

e Gumforto iurisconsulto ac serenissimi dñi ducis mediolani secreta rio. Ex leponsiis hac pterita byeme sup re prepositure mee lras ad te dedi vt illustrissimo principi duci mediolani p me loquereris te rogans obsecrās: nihil exinde respōsi a te suscepi: qđ non tibi sed tuis occupationibus imputo. Scripsit aūt mihi paucis ante diebus cū moreret me diolaneñ. antistes de tua erga me optima voluntate dixitq; tuum esse cōsilium vt cesaris lras ad ducem impetrarē. Factum est vt ambo suasistis. Lras defert vir vrbanus & tuus meiq; amātissimus Laurētius de rotella cōcanonicus meus tridentinus. Is te alloquiē & meam agitabit causam. Precor illi cōsilio & auxilio vt sis. Vtq; reprobes quod eplis de te mihi prefatus repromisit antistes. Habeo in te quicquid spei habeo. Fiam vo ti campos si me iueueris. Sin deseras nil est qđ sperem. Scio mores curie vestre & aliarū. Nemo aliquid obtinet nisi magnis fultus amicis. Ego & si iusticiā prosequar: nisi te habeaz ad quem recurrā habeo neminē. Nec te quo iure teneam video qui nullis beneficiis mihi obligaris. Sed confi do in tua humanitate. Similiterq; studia & officia quibus debiti sumus paria fiduciam prebent vt opera consilio: auctoritate & gratia tua amice vtar. Ego si quid intelligam aut ad voluptatē aut ad cōmodum: aut ad amplitudinē tuam ptinere: etiam non rogatus faciam nec ad me vnq; p te vel pro tuis frustra scribes: si modo qđ petieris in mea fuerit potestate. Vale & spem meam imple. Ex vrbe sexto idus Iulii.

Excusatio precū non exauditarū. EPISTOLA CCCLXIX

Neas cardinalis seneñ. prepositio spirensi. Salutez plurimā dicit.

e Accepimus litteras tuas quibus rogas vt ius nostrum in pbenda ecclesie maioris vuormacien sis in nepotē tuum transferre velimus. Complacuissemus certe tibi cui libenti animo tanq; singulari amico & homini virtuoso gerimus morem: nisi preuenti fuissemus. Scripserunt eñ nobis. Decanus & cantor vuormaciēsis: qui negocia prepositure nostre gerunt de vacatione prebende hmōi: multumq; suaserūt vt ius nostrum illi dimitteremus qui per capitulū ad possessionē cuius de facto erat admissus: cui iam prepositurā nostrā arendauerāt. Deinde etiā supuenerunt lre illustris principis comitis palatini p eodē dictam pbendaz petentes. quibus inducti aim indinauim? ad coplacēdū pfato possessori siue vt rectius dicamus intruso. Nā cuis spreti fuerim? a capitulo: ga tñ natura litigiosi non sumus: decreuimus bonū p malo rependere. Rogamus aūt te vt equo anio feras: si hac vice precibus tuis non annuim?: cuz sicut pdiximus aliorz scripta preuenerint: deinceps si quid occurrerit qđ tui causa facere possimus: nō erimus requisitioni tue quoquo mō aduersi. Sed quantū vires nostre tulerunt & tibi & amicis tuis conabimur rem gratam facere. Datum rome die. xxii. Iulii. M. cccclvii.

Annuit precibus & petit se excusare de grauamine germanice nationis.

EPISTOLA CCCLXX

Neas cardinalis seneñ. decano vuormaciēsi. S.p.d. Cognouim⁹ que scripsisti de prebenda que nup vacauit in ecclesia vuormaciēsi. Suades ne nos de illa intromittamus & ius nostrum possessori tradamus: cum neq; vtile nobis sit dictam prebendā obtinere ꝑm statuta ecclesie: neq; dispensari aduersus ea cōsuetum sit. multū tribuimus cōsilio tuo: & crede quia non est mens nostra grauare eccl̄iam illam: nec litigiosi sumus vt velimus supra modum cōtendere. Nos si eam prebendā obtinuissemus non ꝓpterea violare statuta vestra voluissemus aut aliqd̄ vobis afferre grauamen: sed iuxta cōsilium tuum fecissemus: & confidimus ꝙ non fuisset capitulū vestrū de nobis male contentū. Verū vtcūq; res se habet: q̄uis cōsiliarius. Palatini nullum ius habeat in predicta prebenda & nobis spretis in ea se intruserit: tamē quia vir nobilis est & illustris. Palatinus pro eo scribit: tuq; plurimū id suades. & Iohannes tolner etiam hortatur: erimus contenti transferre ius nostrum in predictuꝫ consiliarium si cum eius procuratore qui hic est cōuenerimus: & deniq; cōfide quoniā ecclesiam vestrā iuuare atq; extollere: nō deprimere aut quoquo modo ledere intendimus. Verum quia capitulū ecclesie sancti Andree animo deliberato nobis spretis & litteris nostris contēptis ad possessionē prebende per nos acceptate alium intrusit. intendimus experiri de iure: quis sit potior. Itaq; rogo ne mireris si litem pro parua re ingredimur. quia contemptū potius q̄ prebendā animo metimur: quā etiam si obtinuerimus alteri eiusdeꝫ nationis resignabimus. Postremo scribit nobis Iohannes tolner querimonias factas esse apud aliquos germanie prelatos de reseruationib⁹ cardinaliū quas habent in partibus illis: nescimus an ꝓpter nos & gr̄am nostrā is rumor fiat. Nos quideꝫ sup̄. xxiiii. annos in alamania seruiuimus & semp honorē illius nationis ꝓ virili nostra ꝓmouimus: & nunc ad cardinalatū q̄uis infufficientes vocati: id conamur: id studemus: id tota mente querimus: quod illi nationi vtile decorumq; esse putamus. cum nōnullis aliquando vehementer contēdentes ita vt in sacro collegio nos magis germanū q̄ italum esse dicāt. Quibus ex rebus non sumus arbitrati germanice nationi futurū odiosum. si beneficia in ea ꝓ duobus milibus ducatoꝝ in annuis redditib⁹ obtinuerimus. Et q̄uis in bulla reseruationis nostre fiat mentio de monasteriis. nunq̄ tamē intentio nostra fuit ad ea monasteria litteras trahi que ꝑ cōpactata reseruari nō possent: & ita sanctissimo dn̄o nostro diximꝰ adiciētes ꝙ pro nullo monasterio vnq̄ litigaturi eēmus: sed solum id reciperemus quod cum bona gratia principum in quoruꝫ territorio esset habere possemus. Itaq; non existimamus aliquos prelatos occasionē habere vt de nobis conqueri possent. Quapropter rogamus te qui soles cum pluribus cōuersari: vt mentē nostram omnibus declares: & presertim archi-

honori decorumq; et nobis vtile esse dicere debuit

231

episcopo moguntino: apud que non dubitam⁹ nos haberi cōmendatos cum & nos sui status & bonoris quātū vires nostre ferunt semp defensos sumus. Datum rome die. xxii. Julii. M. cccd vii.

Frustra conatur impetrare vt derus cōmunitatis seneñ. p confirmatione studii vniuersalis contribuat & auisat de exercitu congregato.

EPISTOLA CCCLXXI

Eneas cardinalis seneñ. Balie seneñ. S. p. d. Que ornamēto splendori glorieq; isti ciuitati vestre patrie nostre esse possent: nūq; tedio nobis eēt aut q̄rere: aut si in ptāte nr̄a eēt exhibere. Eapropt̄ cum nup nobis scripsisset⁊ vt p studio legū aliarūq; facultatū in vrbe vr̄a reformādo. Sanctissimo dño nr̄o verba faceremus vtq; clerus vr̄e ditionis ad eam rem certā pecunie quantitatē cōferret impetrare conaremur. Fuimus euestigio cum eodem sanctissimo domino nostro Oratore vestro spectato viro leonardo ad id accersito. Perorauimus causam: vt arbitrati sumus oportere: sed non exorauimus. quō aūt pietas dñi nostri ad eam rem responderit non ambigimus Leonardū prefatū collegio vestro significasse. Itaq; non est cur plura circa hec dicamus: Illud adiicimus qđ nosse magnificētias vestras non inutile arbitramur. Hodie lr̄e ex neapoli aduenerūt: quibus certior fama sit. Comitē Jacobū piccininū ab inclyto rege aragonū pecunias non paucas accepisse: quibus copias suas instruere possit ad regni metas exire. Ferunt eum aduersum Sigismundū malatestam arma moturū instate vrbinate comite. Sed mille sunt hominū insi die: nec sagitta semp eo tendit qui directa videt. Sapiunt magnificentie vestre & qđ ex vsu fuerit cogitabunt. Nos pro debito nostro hec reipu. vestre significando putamus: cuius trāquillam quietē indesinenter optamus. Datum rome die. xxii. Julii. M. cccd vii.

Petit pro captiuo vt benefacta cum malefactis pensatis liberum emittant.

EPISTOLA CCCLXXII

Eneas cardinalis seneñ. balie seneñ. S. p. d. Accepim⁹ lr̄as vestras quibus cognouim⁹ que de comite Jacobo piccinino & eius trāsitu suspicamini. Fuimus sepe cum spectabili oratore vestro de eadem re locuti & eadem videbant̄ nobis formidanda quevobis si homo ille regnum exiret. Nūc scriptis vestris cōmoniti statuimus de re illa certiorem pontificem facere. Sed cum podogra nos impediret ne presentiā dñi nostri accedere possemus: scripsimus q̄ nobis videbant̄ apostolice maiestati: & rogauimus vt oratori vestro audientiam preberet qui latius loquereť. Placuit id clementie sue. Oratorēq; vestrum mox post cedulā nostram audiuit: & ita semper omnibus respondit quēadmodū de patre optimo & diligentissimo conseruatore vestre libertatis sperandum erat Scribet omnia serioriſius senatui vestro leonardus orator. Itaq; non ē cur nos ea repetamus. Sumus & erimus soliciti in bis que vestre reipublice trāquillitatē respiciūt. Postremo quia frāciscū patriciū in vinculꝰ cōiectuꝫ

accepimus: virtum fama clarum & qui ornamentū ciuitatis vestre nō par bactenus fuit. Rogamus in eius iudicio benefacta eum malefactis pensare velitis, & boiem in vita relinquere qui suis scriptis vestrā vrbem illustrauit & in futurū splendorē ei maximum adiicere potest. Quod si feceritis omnes collegiū nrm cōmendabunt in quo plus beneficii q̄ iniurie recordatio valuerit. Datum rome die. xxiiii. Iulii. Anno dni. M. cccdvii.

Captat beniuolētiam & offert cōmendatum nepotem suum.

Neas cardinalis seneñ, epo tridētino. S.p.d. Redeuntē in alemaniā Nicolaū crevul capellanū nrm & cōpatriotā: tuz cū tridēto trāsitur? sit: noluim? sine nris ad te lris dimittere: quib? inteligas nos veteris amicitie & quō sil' ad sacros ordines ꝓmoti fuimus: memores eē. cupidosq̄ magnope aliqñ aliquid agere qđ tibi gratū existat. Reliqua de nostra erga dignitatē tuā volūtate & de statu romane curie: idez Nicolaus plenius referet: cui velis tanq̄ nobis plenā credentie fidē prebere. Insup quia nepos noster Franciscus gr̄am expectatiuā habet in ecclesia tua. Rogamus vt in euentu vacationis alicuius p̄bende auxilio sibi esse velis ad obtinendā possessionē: quē admodū de tua erga nos beniuolentia & amicitia veteri plene cōfidim?

Datum rome kl'. Augusti. Anno. M. cccdvii.

Refert noua italie & vrbis romane. EPIS. CCCLXXIIII

Neas cardinalis seneñ. Nicolao cardinali sancti Petri. S.p.d. Reuertitur ad partes germanie. Capellanus meus Nicolaus crevul quē in agendis suis dignationi tue quantū valeo cōmendatum efficio: diu nihil noui de tua dignitate accepi. Puto eam bene valere quādo in contrariū nihil accipio. De p̄latis germanie & dietis eorū multa hic dicunt non bona. Tuam dignationē nihil latere opinor. Nisi tua circūspectio illis obuiet rebus: nescio quis alius occurrere possit. Ego tamē te in hac curia presentē potius esse vellem. q̄uis parum est q̄ cardinales reipublice consulere possint. Sed iuuaret me sepe in p̄ntia tua esse. & pro veteri more dulces miscere sermones. Fortasse aliquādo nō tederet dignationem tuam in curia moram traxisse. Quis sit status harum partiū non dubito per familiares tuos dignationi tue scriptum esse. Referam tamen paucis quomodo res se habeat. Dominus noster in primis bene valet. Roma quoq̄ preter solitum bucusq̄ sana esse videt'. Obiit cardinalis neapolitanus in curia potius medicorū q̄ aeris grauitate. Vrsini & comes euersus adhuc inter se armis contēdunt: q̄ res facit vt annus vberrim? sterilis videat'. Huc accedit idignatio quā pōtifex cōtra vrsinos accepit: tractatur concordia nescio q̄ facilem habebit exitum. Comes iacobus piccininus qui hactenus in regno fuit nunc susceptā a rege aragonuz magna pecunia exiturus regnuz dicit': & contra Sigismundū malatestā quē rex odit arma motur?. q̄ cū ꝓfecturus ē comes vrbinas. alii arbitrant' hec fingi ꝑ malatestas: vt improuisi seneses inueniāt'. Quicqd egerit piccinin?

si regnū exierit: arbitrant omnes totā italiā rursus in arma tuiturā. Atq; hoc mō gerēt bellum cōtra turcos: nec melius in germania res se habet quādo imperator & rex hungarie sicut nosti inter sese acerrima cōtentione depugnant: deus ecclesie sue melius consulat. Cōmendo me dignationi tue ad eius mandata omni tempore paratum. Ex roma kl's. Augusti. M.cccclvii.

Cōmēdatoria singulariū amicoꝝ. EPISTOLA CCCLXXV

Neas cardinalis seneñ. archiepo salzburgeñ. Salutē plurimā dicit. Nicolaus creul capellanus nr̄ dilectus vēturus est ad dignitatem tuam quā rogamus in agēdis suis cōmendatū habere velis ab eo intelliges romane curie statū & quō res italie sese habeāt. Itaq; nō est opus de his aliq̄d scribam⁹. Nō sum⁹ immēores bñficioꝝ q̄ a dignatione tua pcepim⁹ duz in germania essem⁹: & quō in salzburga sepius a tua dignatione gratanter accepti & bonorati fuim⁹: ob quā rē erit nobis semp curavt tibi & eccl'ie tue p nīa possibilitate vicē repēdam⁹. Insup ga duo sunt in tua curia nobis a longo tpe dilecti Iohannes lauterbachi⁹ & Iobānes troster viri boni & fidelissimi: eos dignationi tue quoad possumus efficim⁹ cōmēdatos: reputaturi nobis impēsum quicq̄d in eoꝝ pso nis boni p te collatū fuerit. Datū rome kl'. Augusti. Anno. M.cccclvii.

Gratulat̄ de liberatione epi varadieñ. cuius nomine regi scripsit & ab aplico scribi impetrauit. EPISTOLA CCCLXXVI

Neas cardinalis senēsis Iohanni troster. S.p.d. Feciſti pbe q̄ nobis ex hungaria vuienaq; singula scripsisti q̄ tum gerebant̄: audiuimus inuiti illarū partiū tribulationes velit deus vt tandē principes inclyte domus austrie inter se reroncilient̄. Illud aūt libenter intelleximus q̄d de epo varadiensi viro optimo significasti: cuius innocētia libertatem cōsecuta est. Nihil pfecto boc tpe nobis iocūdius significari poterat: tu de nobis sibi oīa vera dixisti. Nam cum audiuim⁹ capturā ei⁹ vehemēter pbatissimi pris fortunio cōmoti fuim⁹. scripsimusq; mox regie maiestati q̄ nobis de patre sincero & optime merito testificāda videbant̄. Rogauim⁹ etiā pontificē maximū vt lr̄as ad regē daret quibus relaxationē epi peteret: easq; bis obtinuim⁹. Primas p casualē quendā tabellariū misim⁹. Secūdas vo p Laurētiū rouarellā destinauim⁹ qui nūci⁹ aplicus ad regē pfectus ē: q̄ q̄nis tarde hinc venerint testimoniū tñ prebebūt nr̄e in epm charitatis. Postremo q̄ suades fecim⁹. Cōgratulatorias em̄ epl'as eidē epo & misim⁹ & mittem⁹. Itaq; nō est cur verearis officiuz nr̄m requiri posse. De rebus curie nr̄e supsedim⁹ scribere: cū Nicola⁹ nr̄ crevul te cōuentur⁹ sit: ex q̄ cuncta vel minima q̄ in italia gerunt̄ babunde cognosces. Reliquū est vt bene valere studeas. archiepoq; fideliter seruias apud quē tua obsequia non erunt sine p̄mio. Nos aūt semp tui memores erimus. Vale & ī Iacobus lotron⁹ istic est: mille ei salutes nr̄o nomine dicito. Ex vrbe roma kl'. Augusti. Anno. M.cccclvii.

Familiaris vt bene valeat. EPISTOLA CCCLXXVII

Neas cardinalis seneñ. Iobāni lauterbachio. S.p.d. Ex Nicolao nō creul tibi amicissimo cognosces q̄ apud nos gerunt: & quo nos in te animo sumus. Nā quēadmodū te iampridē dilexim̄us ita & nūc amamus: cupimusq; tibi bene eē: & si quādo aliquid p te face re possemus: nō eēt in nobis mora: cōfidimus tibi bene futurā apud archiepm̄ saltzburgeñ. Qui p̄ sui singulari virtute seruitiis tuis debita premia nō negabit. Vale igit̄ & nos eidem archiepō ita offeras vt intelligat nos sibi cōplacendi cupidos eē. Datū rome kl̄. augusti. M.cccclvii.

Cōsolatoria sup morte filii. EPISTOLA CCCLXXVIII

Neas cardinalis senēsis dño de rosenberg. S.p.d. Magno mero re affecerūt nos lre amicorū quibus clarissimū & spectatissimum filiū tuū Henricum diem clausisse extremū cognouimus. Dolui mus certe illū in flore sue iuuentutis ex hac luce migrasse: cuz multa & p domo tua & p̄ indicto regno bohemie facere poterat: tuz vero istud molestissimū fuit q; senectuti tue & baculū & solamen ereptū eē videbamus Sed cum cogitamus animi tui sapiētiam: nō dubitamus quin consolationem ipe rerū mortaliū vsus tibi prebeat. Frequēter accidūt hec: sepe filii patres in morte precedūt: raro est senex qui plures ex suis filiis no premiserit. Toleranda sunt hec: nec dolore contiliū est: vbi dolor nihil affert presidii. Acquiescendū est diuine voluntati omnia deus in vsum meliorem cōuertit: nihil ipe perperā: nihil temere agit. Ille sapiēs homo ē qui ea vult q̄ velle deū nouit. Nos filiū tuū in eo statu in eo tpe vocatū a deo nō ambigimus: in quo illi melius fuit exuisse hominē. Itaq; q̄tuis nō dubitamus magnificentiā tuā quieto eē aio: & ea velle q̄ deus voluit: tamē pro nro officio rogamus vt hec humana equa mēte feras: & quod restat eui cū reliquis tuis filiis dulciter ac suauiter traducas. Id erit nobis supra q̄ dicere possumus acceptū. Diligimus em̄ summope personam tuā: nec obliuioni dare possumus quāta nos charitate in vuienna quondā complectebaris: & denicq; semp nobis ante oculos est humanitas illa atq; vrbanitas: quā nobis & Procopio rabensteino oñdisti in crūmenau: ita em̄ nos ardeti charitate & vt aiunt euiscerata dilectiōe susceptisti: vt oīm tempore nos & tibi & natis tuis & bis qui nascent̄ ab illis obnoxios eē putem?: & hoc quidē ostendem? si vnq; sese facultas obtulerit. Reliq; referet nicola? creul capellan? nr̄ dilect? que tue magnificētie cōmendam? cui tāq; nobis credētie fidē plenē adhibē vel̄. Datū rome kl̄. augusti. M.cccclvii.

Post regiā maiestatē recommēdatam refert grates episcopi varadien. de emancipatione. EPISTOLA CCCLXXIX

Neas cardinalis senensis. Ladislao regi bungarie. Salutē plurimā dicit. Cū superioribus diebus Iohannes varadiensis episcop? apud budam in vincula coniectus eēt. Idq; tuo iussu factum dicere tur: egre id mihi duplici de causa fuit. Nam & presulis integerrimi ac

mihi amicissimi infelicitati compatiebar: & honorem tuū parumper obnubilari dolebam: cū episcopū de tua serenitate optime meritū & doctrina preditum singulari tua sublimitas in carcerem retrusisse affirmaretur. Scripsi itaq; mox excellētie tue que mihi in ea re facienda videbatur progloria tua: quēadmodū fideles famuli benignis dominis suis consulere aliquando solent. Scripsit etiam sanctissimus dominus noster semel atq; iterū. Nam qui varidiensem pōtificē & virtute & nomine optime p̄ditū intellexisset: nō poterat ei (cum indigna ferret) nō opitulari. Nescio an huiusmōi lre tuam sublimitatē adierint. Illud nunc relatū est q; tuā banc curiam gaudio repleuit nō sine precipua & ingenti laude tue sublimitatis. Nam cum eps idem nō tuo motu: sz aliquorū potētum impulsu. quibus nō facile resistere poteras in captiuitatē ductus affirmaretur: nunc illud plane dicitur quod innocentē p̄latum quē alieno impulsu cepas: tua sponte solūmodo relaxasti: ex qua re patefacta ē animi tui innata probitas & epī innocētia liquefacta. Quippe sanctissimus dñs nr̄: totusq; cardinaliū cetus rectitudinē animi tui & singularē prudentiam magnis extollunt p̄coniis. Ego vero qui eundez ep̄m iamdudū virum pbatissimū eē cognoui eiq; singulari amicitia sum cōiunctus non solum laudo circūspectionem & bñficentiam tuam: sed gratias quas possum tue serenitati ago p salute boi amicissimo restituta. Intelliges nō me minus ea de causa tue glorie obligatū q; ip̄m ep̄m. Eram etiam ante seruitor sublimitatis tue multis de causis obnoxius: sed accedēte hoc bñficio: nihil est qđ iam mihi reliqui sit: quin totum qđ possum maiestati tue debeam. Ex roma nonis augusti. Anno dñi. M.cccclvii.

Captat beniuolentiam & capellanū suum cōmendatum faciat.

EPISTOLA CCCLXXX

Neas cardinalis senensis.

Electo vuratislauiensi. Salutē plurimam dicit. Reuertitur ad partes istas dilectus capellanus nr̄ Nicolaus creul: canonicus vuratislauiensis: tibi iam pridem notus: ab eo senties quecunq; apud nos geruntur: & quis animus noster erga te sit: qui & tibi et domui tue nobilissime tāto magis afficimur: quāto indies patris tui fratrū & tua erga nos merita magis recolimus. itaq; nō erimus in scribēdo longiores. Tm dignationi tue Nicolaū cōmēdamus. Rogantes siqua sunt que p nos tui causa fieri possint: ita de nobis confidas: quēadmodū veri amici inter se cōsueuerunt. Datum rome nonis augusti. M.cccclvii.

Mere familiaris.

EPISTOLA CCCLXXXI

Neas cardinalis senensis. Henrico senftleben Salutē plurimā dicit. Per Nicolaū nm̄ canonicū vuratislauiēn. qui nunc in alemaniam reuertitur: non putamus necessarium eē multa scribere. Ita em̄ repente facturus est iter vt multi eū precessuri sint. Visitabit em̄ quo cūq; in loco suo ex more cōpatres atq; cōmatres. Nec dubitamus eū cū ad te venerit quin volūtates italicas melius referre q; ab eo discere vale-

as. Itaq; parcimus verbis. Tm̃ rogamus vt in re illa varinensis ecclesie si quid ei committendum videtur id pro tua prudentia facias. Est enim vuratislauiam petiturus vt ait: & a nonis habebit litteras ad episcopum illum credentiales: vt si opus fuerit eis vti possint. Reliqua ex eo audies quem fortasse licentiatum in decretis habebis. Vale: & amicis nostris nos effici cōmendatos. Datum rome nonis augusti. M. cccd vii.

Refert noua italie & se q̃ntulus siti toto pollicet.

Neas cardinali senen. Iohi cardinali EPI. CCCLXXXII

e sci angli. S. p. d. Que supiorib⁹ dieb⁹ apd nos gesta sunt: ea ia p alias lras tue dignaoti significaui. Nūc subiicia q̃ secuta sunt: exin de scies quid sperandum sit: quidue timēdū cōmuni christianoruz cause. Dns noster sanctissimus nonnullam aduersus vrsinos indignationem induit adeo vt etiam nepotem suum ecclesiastice militie ducem cōtra illos miserit: castrūq; sancti Gregorii ab eis extorserit: nunc concordia tractatur. Expectamus exitum rei pacemq; magnope cupimus. Nam bella huic ciuitati caritatez annone non paruam inducunt. Fuit ipse sanctissimus dominus noster bis diebus aliquantisp egrotus: nunc diuino munere cōualuit: cuius prudentia nō est dubium: quin reipublice salubriter cōsulat. Nepotes eius q patriarchā legatū in orientē secuti fuerant: atq; sibi ob quedā malefacta coprehēsi nudiusquart⁹ redire: vtq; se crimie purgent patriarchā criminant: sed dño nro & sacro collegio cognita est illi⁹ legati integritas atq; cōstantia: nec sinistri quicq̃ de eo facile credit. An aūt nepotes ipi culpabiles sint vt legati nuncii tradūt: id alii inuestigent. Ego & accusatores & excusatores eorū equis auribus accipio. Rex aragonū bellū habet cōtra ianuenses acerrimū: & nūc vna nūc altera pars naues in mari pdit: sed ipa ianua miro afflicta est: que nō regis tm̃ sed etiam suoz exulum armis premit. Permus dux eius magno vir animo & manu pmptissimus: miseros ciues territat: qui se nō alio mō q̃ morte imperiū positurū affirmat: & nunc būc nunc aliū ciuem ad necē rapit: qui suis cōsiliis aduersat. Rex aūt p bos dies vt fama est insigne opidū Scarlinū nomine in tuscia lucratus est: si verū est q̃d bodie mrcatoribus scriptum ferunt. Id erat in potestate dñi plumbanensis. Ob quam rem sunt qui arbitrant nō quieturū regē nisi & plūbini dominio potiat. Qd si obtinuerit totū habebit oportunissimū vn senen. florētinos ac ianuenses cū velit lacessere possit: atq; vtina nō ex boc pax italica ꝓturbet: boc est italia. Que aūt in germania gerunt optie nouit dignatio tua. Cupio scire vbi locoz atz getiū sis qd agas q̃bn valeas & q̃ spes sit reb⁹ agendis. Sūt em̃ q dignatioez tuā egrotantē se reliqsse affirmant q̃ res mihi molestissima est. Eapropter suadeo hortor & obsecro vt sanitatis curam geras: curesq; vt aliqn reuertaris huc letus & sospes: quod oēs amici tui maxime cupiunt. Ego vero nihil magis desidero q̃ te in domo tua rome sepe videre & allog: acp veteri cōsuetudie mālsuetudie tua & benignitate pfrui

Non offero me dignationi tue: aut familie tue vel amicis aliquid apud summū pontificē procuraturū. Nam & minimū est quod possum & dignatio tua potētissimos cardinales babz qui eius negocia fidelissime gerunt. Itaqꝫ non est cur mea indigeas opa. Ego tñ quantulus sum & tuus semper fui & ero. Ex roma nonis augusti. Anno dñi. M.cccdvii.

Excusatio contra murmur grauaminis germanice nationis.

Neas cardinalis senen. EPISTOLA CCCLXXXIII
Martino mayer. S.p.d. Iocūde nobis fuerūt lre tue: quas in causa decani moguntini ad nos scripsisti: erāt in eis plures ptes quibus breuiter rndebimus. Congaudes de nra ad cardinalatū promotiōe nō est ea res nobis dubia. Siquidē noster bonor est: & bāc dignitatē nō minus tibi creditā ꝫ nobis ee: equū est te arbitrari quando inter nos vera est & stabilis amicitia que iubet inter amicos oīa estimari cōmunia. Quippe si quando aliquid occurrerit in quo vel tibi vel cōsanguineis aut amicis tuis prodesse possumus oñdemus nos memores ee veteris beniuolētie & dulcis vsure quam simul in multis locis babuimus. Que scripserunt nobis principes electores: & tu etiam pro decano moguntino non obaudiuimus: nametsi prepositurā vuormacieū. apud nos libēter retinuissemus: concordauimus tamen cum procuratoribus eiusdē decani de pmutatiōe vt tam dictis principibus ꝫ tibi & ipi decano quem iādudum cognouimus & amauimus: rem gratam faceremus damus nūc opam vt lre expediant oportune. Illud aliquantulū durum est qd in calce lrarū tuarū scribis querelas. s. magnas fieri de romana curia q̄ nationē germanicā multis incōmodet modis. Quattuorꝫ capita tangis. Vnū e ꝙ decreta cōstantien. & basilien. cōciliorū cōpactataꝫ nationis minime obseruētur: & q̄uis in hoc articulo oia cōtineri videātur: tamē specificas ꝙ electiōes canonice facte nō cōfirmēt ꝙ magna vis pecuniarū ab his qui bñficia cōsequūtur extorquet ꝙ sub colore indulgētiarū & decimarū variisꝫ modis ex alemania pecunie hauriunt: & denicꝫ subiūgis de gīa nra quā obtinuim⁹ de bñficiis in cōmēdam habendis quā insolitā ee asseueras. Cogimur ad hec non nihil rndere: & in primis quidē fatemur ꝙ scribis indytā. s. nationem vīam olim fuisse florentē & suis virtutibus romanū imperiū meruisse. Adiicim⁹ tñ & illud excellentissimā bti Petri sedē postꝫ ille martyrio coronat⁹ e: sp rome fuisse in q̄ q sederūt: vicariatū xp̄i tenuere: dauesꝫ ligā di atꝫ soluēdi penes se babuere: sive greci: sive itali: sive germani aut ex alia gēte fuere: nec nūcꝫ regni celestis introire ianuā potuisse qui romanorū pontificū auctoritatē cōtumaciter contempsere; nec hodie illis gloriandū esse qui auctoritate propria leges sibi cōstituunt: quib⁹ ꝑ suo libito romane sedis iussiones sperpere possint. Hos em catholica veritas nisi resipuerint ante obituz ignis eterni mancipio sine intermissione deputat. Fatemur insuper aliquando in romana curia quam regunt homines aliqua fieri q̄ digna eēnt emēda

tione:nec dubitamus ip̄os romane vrbis presules etiā inq̄tum homies falli errare:labi ac decipi posse. Sed vt ad q̄relas tuas veniam⁹ dicimus tibi:dignū eē vt cōpactata cū vr̄a natiōe seruent̄. Idq; sp̄ predicauim⁹ & in futurū p̄dicare nō omittemus. Siquidē natiōi tūe a q̄ plurimū sum⁹ bonorati:nō minus q̄ nr̄e afficimur. Verū cū dicis decreta basilien̄. concilii nō custodiri. Idq; putas iniuriosum eē natiōi indignā dicimus eē querelam tuā. Propter decreta em̄ basilien̄. cōcilii inter sedem apl̄icam & nationē vr̄am discidiū cepit:cū vos illa prorsus tenēda diceretis apl̄ica vero sedes oīa reiiceret. Itaq; fuit deniq; ꝯpositio facta:in qua nos impatorio nomine interfuim⁹:eā certā legē dedit deinde inuiolabiliter obseruandā per quā aliq̄ ex decretis cōcilii p̄dicti recepta vident̄ aliqua reiecta. Itaq; nō iuste agis:si p̄ omnia seruāda eē decreta cōtendis. Sed venio ad electiones quas passim cōtēni refers hoc nos non inuenimus ita eē vt asseueras:nā postq̄ ex alemania huc venimus plures ecclesie cathedrales eiusdem nationis vacauerūt:in quibus vel postulationes facte vel electiōes fuere. De postulatiōibus nihil ē q̄d obiici possit:nam ille ex gr̄a pendent etiā vetusto iure:liberūq; ē pontifici maximo eas admittere vel reiicere. Electiones aūt si canonice fuerint cōpactatorū vigore confirmationem merent̄:nec repelli pn̄t:nisi devtiliori p̄sona. Romanus pontifex de consilio fratrū suoꝝ sancte romane ecclesie cardinaliū duxerit ꝓuidendū:sed neq; hic ē aliquid q̄d rep̄hendi merito possit. De tp̄e dicimus quo romanā curiā sequimur. Neq; em̄ (iam biennio tm̄ est ꝙ hic sum⁹) vlla electio huc allata est:que rite et canonice facta cōperta sit. Nam traiecten̄. electio de qua magni rumores habiti sunt:in p̄sonā excōicatam ceciderat. Alie vero alios defectus habuere. Itaq; vides nō eē cur vr̄a natio circa electiones iustā querelaꝫ habeat. Q̄d deinde subiungis extorqueri multū auri ab his qui dignitates vel alia bn̄ficia assequunt̄:nō est cur de hac sede cōqueramini:sꝫ potius de cupiditate & ambitiōe vr̄oꝝ hoīm:q̄ currētes ꝓ ep̄atib⁹ iueniētes ꝯpetitores his q̄b⁹ palatiū pꝫ certatim pecunias offerūt Illi vero q̄ alloqui pontificē pn̄t:nō sunt oēs sil̄es angelis:sed q̄les in alemania. Galliaq; multos repias:racipiūt em̄ q̄d offert̄ nō extorquent:romanus aūt presul solus in thalomo suo nūc hos nunc illos audit: & illos promouere solet q̄ magis cōmendant̄:nec scit nec etiā arbitrat̄ pecunie causa hos aut illos comendatiōe p̄ferri. Nec sibi plus auri dat̄ q̄ concordata p̄mittant:nisi fortasse aliq̄n occasiōe expeditiōis cōtra thurcos: aliquando sup̄ annata recepit:quod sibi ꝓfecto non fuit in tanta necessitate negandū:habes ergo in hac p̄te rn̄sionē nr̄am de pecuniis indulgētiaruꝫ miramur fieri q̄relā. Nā ille postq̄ collecte fuerāt ꝓfecto romani pōtific̄ arbitrio nō alteri⁹ erāt distribuende. De decimis q̄ꝫ credimus nō eē indignum q̄d refers. Nam si alie natiōes ꝓ expeditiōe cōtra thurcos habenda decimas exhibent:non videmus cur etiam teuthones nō cōtribuant Laudam⁹ tn̄ in ea re debitos adhiberi modos. Ceterū cū tota questio de

pecunia vertatur: dicimus hanc vetustissimā esse querelā: q̄ nunq̄ auferri potuit: semp em̄ sunt boies pecuniarū auidi: & quodāmodo insatiabile: qui cū multa lucrari velint: exponere aliquid sacrilegiū putāt: nec vlla gens ē que aio equo ex regiōe sua asportari aurū ferat. Hūgari alemanos ea potissimū causa detestant: q̄ in regno suo negociantes multū auri asportāt. Eadē querela est polonoꝝ: eadē danoꝝ. In alemania q̄z q̄plures gētes reperiem⁹ quaꝝ altera incusant alterā quasi argēti sui extortricem: nec curie vestroꝝ pōtif. cū accusatiōibus caret. Patet itaq̄ lōge lateq̄ hoc genus q̄relarū. Verū quia dicis germaniā vīam quondā ditissimaz fuisse: nūc vero prorsus exhaustam: & omni ere vacuam eē: nos cōtra sentimus illudq̄ audacter dicimus: nunq̄ germaniā ditiorē fuisse q̄ hodie; nunq̄ ornatiorem: nunq̄ armis potentiorez: si vni dño paruerit. Nanq̄ si legamus vetusta tpa: inueniemus germanos olim ritu vixisse barbaro: vestibus vsos laceris. Venatiōi tm̄ & agrorū culture dedisse operam: feroces quidem homines & belli appetētes: sed argenti prorsus inopes: quibus quippe nec vini vsus erat. Ipsaq̄ germania intra mare & danubium: rursusq̄ intra rhenū & albini cōtinebatur: nūc vero quātū transgressa sit suos limites nō ignoramus. Nam plus fere ē q̄ extra nacti estis in gallia: retia: notico: vindelico atq̄ in ipsa scithia seu sarmatia q̄q̄ ant⁹ habuistis. Quid memoremus nobilissimas vrbes vīas & splendidissimas: ditissima tēpla: opulentissimos principes ac prelatos: certe nō videmus prouinciā eē que cōputatis oīmbus vīam supet: q̄ si resurgeret aliquis illoꝝ theutonū qui tpe Iulii cesaris vixit: germaniā pagraret: vt ario nistis: profecto diceret nō eē eam terram quā olim viderat: negaretq̄ suaz eē patriā: cū vinearum & arborū fructiferarū consitiones: vestitus hoīm: vrbanitatē ciuiū: splendorē vrbium: tantāq̄ nitidam politiam apud vos contueretur. Verū hanc mutationez quis fecit in vobis nisi religio xp̄i. Cultus quippe xp̄iane religionis a vobis barbariem omnē expulit: atq̄ ita expoliuit: vt iam greci ipsi barbari: vos aūt recti latini appellari mereamini. Cultū aūt salutifere religionis si verū fateri vultis. Roma vobis & apostolica sedes dedit que predicatores ad vos mittens idolorum relinquere cultū: & verū deum colere docuit. Plus ē hoc Martine q̄ auruz & argentū: plus est q̄d accepistis q̄ quod datis. Itaq̄ decet vos accepti beneficii memores eē: quod quidē tantū est vt nulli possit thesauri cōpensari. Trāsimus modo ad eam epl'e tue partē q̄ nos cōcernit: dicis nos & alios plerosq̄ sancte romane ecclesie cardinales insolitas apud nos reseruationes habuisse: indeq̄ multos exoriri rumores. Nos & metensem olim cardinalē: & alios nōnullos similibus vsos gratius comptum habemus: & ab illis litterarum nostrarū formam extraximus. Reprehēdis q̄ he littere compactatis aduersari videant: dicimus nihil in eis eē cōtra ea que coucordata vocantur: nisi fortasse illud recensetur: q̄ etiā monasteria reseruari videntur: in quibus electioni locus eē debet. Nos de hac

parte abunde satisfecimus domino nostro. Duo em̄ diximus eius beatitudini. Primū ꝙ nullius monasterii electionē impedire vellemus. Alterꝝ ꝙ nullum monasteriū acceptaturi essemus contra voluntatem eius principis in cuius ditione situm eēt: & ita procuratoribus nostris dedimus in mādatis. Quod si putas etiam collegiatarum prepositurarum electiones confirmandas eē: neqꝫ debuisse nos earū reseruationes acceptare: longe falleris: nam concordata ipsa dignitates primas post pontificales & in collegiatis ecclesiis principales apostolice sedis dispositioni ꝑmittunt: in aliis autē bn̄ficiis inferioribus habet ipsa sedes suos menses ꝙ si sup̄ huiusmodi bn̄ficiis ac dignitatibus reseruationes obtinuimus: accepimus a summo pontifice quod nobis concedere potuit sine cuiuspiam iniuria. sed arbitraris fortasse bn̄ficia que in germania sunt: germanis potius cōmitti debere q̄ꝫ extraneis nec nos aliter sentimus. Sed cū nos iam annis supra. xxiiii. germaniam incoluerimus: nō reputamus extraneus existimari debere: cumqꝫ imperatori ipsiqꝫ nationi longo tempore summa fide magnis laboribus seruierimus: & nūc ad cardinalatum recepti: ea curemus q̄ nationis ipsius bonori atqꝫ vtilitati conducant: & ita prorsus agamus vt nationi germani potius q̄ꝫ itali putemur. Non iudicauimus tribus illis prouinciis moguntine: coloniensi: treuerensi: indignuꝫ videri aut graue censeri: si annuo duo milia ducatorum in eis obtineremus ex illis beneficiis que sedes apostolica conferre haberet. Putauissemus etiam maiora in eadem natione cui semp̄ seruiuimus sponte offerri sed nō sumus nos insatiabiles. Cōtentamur eo qd̄ pro debiti status conseruatione sufficiat: nec plura circa hoc. Qꝫ autē opas tuas ad id offers vt gr̄e nr̄e fructū consequamur: agimus tibi gr̄as qui partes amici non negligis. Idqꝫ rogam⁹ vt interueniēte casu oportuno ꝓrsus efficias. Scis q̄ sit mēs nr̄a & quō gr̄am nr̄am restrictā eē volumus: si qua p̄posituta vacauerit aut ecclesia parochialis magni redditus velis ita efficere vt ad cōplemētum gr̄e nr̄e ꝑuenire possimus. Deniqꝫ requiris an aliquid dicendum faciēdūue sit circa eā partē q̄ nationē vr̄am & apostolicā sedē cōcernit. Rn̄demus futurū eē ad principes electores nunciū apl̄icū Laurentiū rouarellam cū eo poteris sup̄ hac re plenius loqui: sibiqꝫ cūcta cōicare: q pro sua circūspectiōe nō ignorabit: qua via sit in talib⁹ incedēdū. Nobis tn̄ illud cōsiliū videret̄ ꝙ p̄lati & principes vr̄i si qua in re grauamīa sibi nō digna inferri putāt: legatos suos ad romanum pontificē mittere non postponerēt. Et q̄ sunt illa in quib⁹ grauarētur exponerēt: peterētqꝫ debitam fieri reformationē. Nam sedes ista pro sua insita māsuetudine vestris votis (q̄ quidē rōne subnixa eēnt) nunq̄ꝫ denegaret assensuꝫ. Nos aūt etsi paruꝫ valemus: studia tamē nostra sp̄ in eo dirigemus: vt inclyte natiōi germanice dum equa postulauerit mos gerat̄. Vale optime archiep̄o moguntino cui pro veteri noticia sumus affectissimi effice cōmēdatos. Ex roma die. viii. augusti. M. cccclvii.

Congratulatur epi̅scopo varadienſi e vinculis emancipato.

Neas cardinalis ſeneñ EPISTOLA CCCLXXXIIII

e epō varadieñ. S.p.d. quantū de captiuitate tua indigna et acerba doluimus tm̄ modo de liberatiōe gauiſi & ſummope exhilarati ſumus. Quippe nō ſolū dignationi tue cuius bonitas ac innocentia magnifice patefacta ē: verūetiā ſereniſſimo regi Ladiſlao cōgaudem⁹ cuius bn̄ficētia & animi rectitudo indies magis ac magis eluceſcit. Nāq; ſicut nobis relatū eſt: cū pſona tua in arce budenſi reteta fuit: minime anim⁹ regius ad eā rem inclinatus erat: ſed ſeduxerūt eū eo⁹q; cōſilia qui tue virtuti inuidebāt: nec rex adhuc iuueniculus & in regno nouus magnis conſultoribus aduerſari audebat: ceſſit furori loco & tpi. Illud tm̄ cauit ne quid in corpus tuū emuli tui molirent̄. Sed nūc q̄ ſua mens fuerit apte liquet Nam qui alieni cōſilio atq; importunitate dignationē tuā in carcere cōiecit: idē ſuapte ingenio libertatē tibi reſtituit. O quā rem nemo ē qui nō intelligat capturā tuā ab emulis tue probitatis. Liberationē vero ac ſalutem a ſolo rege ꝓceſſiſſe. Eſt igit̄ qđ & tu ſerenitati regie quēadmodum hactenus feciſti: ita & in poſterū ſumma cū integritate ſeruias. Nos autē & ceteri qui te amamus gr̄as referam⁹ qđ nos quidē minime negligemus. Eram⁹ hactenus occupati vt liberationē tuā lr̄is aplicis & nr̄is ꝓcurarem⁹ quas bis regio culmini trāſmiſimus: quaruꝫ primas mox intellecta nouitate trāſmitti curauimus. Alteras vero Laurētius rouarella nuncius aplicus ſecū attulit, Cui etiā verbo ꝓcuratio tue ſalutis nobis annitētibus cōmiſſa fuit. Sed intelligimus eū tuā dignationē iā reſtitutā liberati inuēturū qđ quidē gratiſſimū eſt: nā & regratiari regi q̄ ſupplicare lōge eſt pſtantius & bonor tu⁹ maior ꝓculdubio reddit̄: cū nō pcib⁹ ſed innocētie libertatē tuā cōceſſam ēe manifeſte liqueat. Rogamus igit̄ deinceps bono aio ſis & iocūde viuas de nobis vero tanq̄ de veteri & fideli amico fiduciā obtineas ſciens q⁹ votis tuis que quidē nr̄a in pt̄ate fuerit nunq̄ deerimus. Vale & reuerendiſſimis patribus ſtrigonienſi & ſancti angeli cardinalibus aplice ſedis legatis ſi qñ cū eis cōueniēs memoriaꝫ nr̄i facito. Datum rome die. x. auguſti. M. cccclvii,

Excuſatoria de grauamine nationi germanice illate: & precatur pacē cū Ladiſlao inire & cōtra turcos gladium vibrare.

Alixtus ep̄s ſeruus ſeruo EPISTOLA CCCLXXXV

c rum dei. chariſſimo in x̄po filio Friderico romanoꝝ imperatori ſp auguſto Salutē & apoſtolicā bn̄dictionē. Q̄uis aplice ſedi ſicut placuit altiſſimo p̄ſidētes: ea nos ſp cura tenuerit: vt inclyte natōi germanice ꝓ nr̄a poſſibilitate cōplacerem⁹: & oīb⁹ illic ad nos cōcurrentib⁹ faciles ac benignas p̄beam⁹ aures. nup tm̄ ſicut nobis relatū ē: nōnulli ex venerabilib⁹ fratrib⁹ nr̄is ac dilectis filiis nobilib⁹ viris romani impii electoribus & alii plerique principes ac p̄lati natiōis eiuſdē dieta quadē ſine cōuētu inter ſe celebrato oratores ſuos ad te miſerunt: qui de nobis deniq; cu

ria nostra non paruam querelaꝫ facientes inter cetera exposuisse ferũtur
q̃ nos diuersis modis nationẽ ipsam aggrauãtes que inter te nomĩe na
tiõis & añcessorẽ nr̃m felic' recordatõis Nicolaũ papã .v. cõcordata fue
runt: minime adimplere aut obseruare curemus. Quibus ex rebus & si
nõ dubitem⁹ serenitatẽ tuã ꝓ sua erga romanã ecclesiã eximia deuotiõe:
illoꝝ q̃relas acriter ac debite cõfutasse: dignũ tñ putabimus sup bis que
nobis obiiciunt̃ sinceritatẽ & innocentiã nr̃am tue sublimitati ꝑspicuaꝫ
ac manifestã efficere vt si qñ postbac similes q̃rimonie ad tuas aures de
ferant̃: habes ex nr̃is lr̃is qđ murmurãtibus ac detrahentib⁹ hoĩbus re
spondere atq̃ obiicere possis. Equide cũ nos oẽs xp̃iani orbis nationes
benigne quantũ cũ deo possum⁹ tractare curem⁹: p̃cipue tñ germanicos
principes ac p̃latos singulari quadaꝫ charitate & p̃cipuo ꝓsecuti sumus
affectu. Neq̃ em̃ nos latet quo fauore amplectendi sunt ecclesiarũ presu
les: & seculi principes honore p̃ueniendi: vt illos fratrũ & istos filioꝝ lo
co sua cuiq̃ dignitate seruata habere debemus. Sunt euãgelia sacra sem
per añ oculos mẽtis nr̃e: sanctorũq̃ patrũ decreta sedulo in aĩo voluim⁹.
Nouim⁹ quid ep̃is liceat: quid principes deceat: quid officio summi sa
cerdotis incũbat. neq̃ cordi nr̃o quicq̃ tenatius heret q̃ ita sacros cano
nes obseruare: vt idonei ministerioꝝ xp̃i dispensatores inueniamur. No
ta est oĩbus ap̃lice sedis auctoritas: manifesta cuiq̃ prime sedis dignitas:
vulgata ꝑ orbẽ vicarii dei potestas. Cui dictũ est a dño. Pasce oues me
as: & qđcũq̃ ligaueris sup terrã: erit ligatũ & in celis: & reliqua quib⁹ in
euangelio. Romani presulis eminẽtia dininitus declarat̃. Quibus ex re
bus nõ est: cur aliquis opa nr̃a criminari possit tanq̃ latius euagemur q̃
nobis liceat. aut tanq̃ in alienã messem falcẽ mittere videant̃: cũ nõ hui⁹
aut illius ꝓuincie sed vniuersi orbis p̃sulatũ in ap̃lice sedis specula conse
cuti sum⁹: que cũ ita sint: scim⁹ tñ eos q vocati sunt in partẽ sollicitudinis
nõ eẽ turbãdos: suamq̃ cuiq̃ iurisdictionẽ nisi forsitan abutant̃ seruãdã
eẽ nõ ignoramus. Eapropter ita nos gerere in hãc vsq̃ diẽ curauim⁹: ne
qua de nobis cuiuis hoĩm querela cõpetere possit: nec putamus aliquos
eẽ qui se lesos aut spretos a nobis dicãt: nisi fortasse aliqui fuerint q desi
deria sua nõ recte metiẽtes: tũc se cõtẽptos ac grauatos arbitrant̃: cũ pe
titiõib⁹ eoꝝ iniustis nõ annuim⁹. Sꝫ audiuim⁹ rumorẽ eẽ tanq̃ nos aurũ
ex natiõe tua supra quã deceat extorqueam⁹. Iniuriant̃ ꝓfecto nobis: &
a vero lõge recedũt: qui talia dicũt nihil vnq̃ nr̃o noĩe ab bis extortũ ẽ:
quib⁹ bñficia cõtulim⁹ vt illi garriũt. Nihil exactũ: nihil petitũ: p̃ter ama
tã vetusto iure debitã. At si q contra tburcos pecuniaria nobis subsidia
obtulerũt: nõ recusauim⁹ nec recusare quidẽ debem⁹: ꝓ tanta xp̃iane reli
giõis necessitate. Pecunias aũt hmõi & al's vndecũq̃ veniẽtes: non vsur
pam⁹ nobis. Nõ recõdim⁹ in archa: nõ exponim⁹ in iocalib⁹: nõ consumi
m⁹ in deliciis: sꝫ in defensionẽ fidei cõuertim⁹ & in oppressiõe ꝑfide tbur
coꝝ gẽtis ad nr̃m exterminiũ sp̃ intẽte. Innumerabiles sunt et intolerabi

237

les nobis q̃s indies subim⁹ expẽse. nũc in orientẽ legato classis nr̃e: nunc in albaniã scãderbechio fortissimo xp̃i athlete indefessoq; bellatori: nũc legat⁹ & oratorib⁹ i diuersas mũdi ptes emissis nũc istis nũc illis p greciã & asiã laborãtib⁹: ne destituti pciditarent̃ pecunias mittim⁹: nec fuerunt inanes huiuscemodi sumpt⁹. Licet em̃ nobis in dño gl̃iari q p mistros suos torpẽtib⁹ ac pene dormiẽtib⁹ cunctis ferme xp̃ianis principib⁹ nobis tm̃mõ instantib⁹ atq; vrgẽtib⁹ turcorũ supbissima cornua & insolẽtissimas acies apud bũgariã cõfregit: magnũq; illũ et potẽtissimũ exercitum pstrauit: q̃ sibi nũ bũgariã mõ: l3 germaniã totã galliã at3 italiã pterere: legẽq; xp̃i fundit⁹ euertere ꝓmittebat. Itaq; liberauit dñs pp̃lm suũ sub p̃sulatu nr̃o: plebẽq; suã ex ip̃is q̃dãmõ faucib⁹ crudelissimi siue imanissimi draconis eripuit nũc q̃3 classis nr̃a rhodũ tuet̃. Cyprũ mithilenẽ chiũ & omnes in orienti xp̃iani nominis insulas q̃ sine tali p̃sidio baud quoq; turcor⁹ nauibus indies incursantib⁹ resistere potuisset: qđq; laudabilis⁹ est ac diuino nobis munere cõcessum: nõ tm̃ quas diximus insulas: legatus noster sua prudẽtia & armorum robore tutatus est: sed alias pleraſq; turcor⁹ dño seruientes: ad ap̃lice sedis deuotionẽ obedientiãq; redegit nouissimeq; nõ pauca eorundẽ turcor⁹ nauigia ad oppugnandas chr̃istianor⁹ insulas exeuntia: potẽter inuasit. debellauit: in potestatẽ recepit Nec albania ingruẽtes barbaror⁹ impet⁹ ꝓximis dieb⁹ inclinare potuisset: n si nr̃a⁹ interueniss̃ent ecunia⁹ auxilia. q̃ scãderbechio mis̃im⁹. In his nos eb⁹ pecunias cõsumim⁹: in his ꝓfundim⁹ quicqđ vndecũq; corradere possimus auri vel argẽti bonorẽ dei nõ nr̃m q̃rimus ꝓ salute populi nobis cõmissi laboram⁹: nõ ꝓ priuata vtilitate nr̃a. Curamus ne nostro tpe xp̃ianũ nomẽ spurcissimi turcor⁹ pedes cõculcare possint. S3 nõ sunt hec onera que nos soli portare queamus: vl̃ sedes ap̃lica va et p seip̃am tolerare: facim⁹ tm̃ qđ possumus: & quiescẽtibus aliis q nobis auxilio eẽ deberẽt: instam⁹ acceleram⁹: vrgem⁹: nihil omittimus ex his q̃ facultates nr̃e pmittunt. Necessaria nobis detrahim⁹ vt incũbẽti necessitati pro pte nobis possibili subueniamus. Que cũ ita sint audẽt tm̃ nõnulli parũ quidẽ religiosi & ad cõe bonũ minus intenti nos redarguere q ab his pecunias recipimus qui ꝓmouẽt̃ q̃uis sponte ablatas in classem cõtra turcos emissam. Qđ q̃inique agũt iam plane prospicis. S3 aiũt pleriq; cõcordata de quib⁹ mentionẽ supra fecimus p nos minime obseruari: affirmãtes electiões. Eporũ aliorũq; p̃latorũ nos puipendere: ac prorsus abiicere: qđ pari mõ neq; vere neq; iuste nobis obiicit̃: neq; em̃ electiones prelator⁹ in germania factas quouis pacto cõtemnim⁹: neq; ex cõcordatis oẽs passim electiões cõfirmare tenemur: sed illas tm̃mõ que ca canonice expiuntur: qđ quidẽ a nobis diligẽter custoditũ ẽ. Nũq; em̃ aliquã electionẽ repim⁹ quã repim⁹ eẽ canonicã. Viros aũt q̃plures illis ecclesiis siue monasteriis p̃fecim⁹ in quib⁹ electis etiã min⁹ canonice p̃tẽdebant̃. Q3 si alig sunt q cõfirmationẽ petẽtes nõ obtinuerit: sunt aũt pau-

cissimi: sciant se idcirto ex sua petitione cecidisse: quia nec canonica fuerat
coꝝ electio nec ꝓmotio ecclesiis ad quas vocabant̃ fuisset vtilis. Potesta
te aũt illa q̃ nobis ex diuino atq; hũano iure simulq; cõcordatis ex predi
ctis cõpetit ꝓuidẽdis ecclesiis de ꝑsona magis idonea etiã si canonica in
illꝰ electio facta repiat̃: adhuc nõ sum⁹ vsi: nec vti ꝓponim⁹: nisi ex magna
et vrgẽtissima cã. Sup reꝑuatiõib⁹ aũt ceterisq; bñficioꝝ ꝓuisiõib⁹ de qb⁹
siliter accepim⁹ q̃relas corã tua serenitate fuisse ꝑpositurãs: nõ sum⁹ me-
mores aliqd a nobis eẽ cõcessum cõtra cõcordata ꝑdicta. Q; si quid tale
factũ est vt sepe in multitudine lr̃arũ ac negociorũ aliqua transeunt: neq;
bñ gesta neq; bñ reuisa: nõ est intentiõi nr̃e aut ordinarioꝝ mensibus de
rogare: aut cõcordatis ipsis cõtrauenire. Quinimmo q̃uis liberrima sit
apl̃ice sedis auctoritas: nullisq; debebat pactionum vinculis cobereri: ex
mera tamẽ liberalitate nostra: ex zelo quẽ gerimus ad pacẽ: ex charitate
qua te tuãq; nationẽ ꝓsequimur: concordatis ipsis locũ eẽ volumus: ne
patiemur ea temere violari dũ romana sedis gubernacula retinebimus.
Si quid ꝑterea est qđ ipsi natiõi molestũ videat̃. ex his q̃ prodeũt ex no
stro solio. Idq; fortasse dignũ emendatione censet̃: possumus em̃ & nos
vt hoies aliquãdo labi atq; errare in his maxime q̃ fati sunt nõ decet epi
scopos aut alios quosuis mortales sup apl̃icã sedẽ auctoritatẽ sibi vẽdi-
care: aut illos imitari quoquo mõ q pessimo more detestabiliq; exẽplo
in ꝑniciẽ ecclesiastice hierarchie in cõfusionẽ mystici corꝑis xp̃i in aĩarũ
suaꝝ ruinã: leges sibi cõstituũt: ꝑ q̃s licitũ sibi eẽ arbitrantur apl̃ice sedis
mãdata cõtẽnere: ac ꝓ suo volũtatis arbitrio ecclesiastica disponere spũa-
liaq; negocia. Nã qui talia ꝑsumũt alieni sunt: deũ patrẽ suum appellare
nõ possunt: qui matrẽ ecclesiã recognoscere nolũt: sꝫ tanq̃ mẽbra vel pu
trida vl̃ arida a reliquo corꝑe recidi debẽt. Nulli em̃ ꝑmissa facultas est:
vt cõtra romanã eccl̃iam oĩm fideliũ matrẽ ac magistrã recalcitrare possit
vl̃ se ab illius impio subtrahere. Comedendus est vna in domo pascalis
agnus: manere oportet in archa regnante diluuio: cui cura est ne pereat.
Vnus deus: vna fides: vnum baptisma. Vnus xp̃i vicarius in terris ẽ: q
celos bñ merẽtibus apit: claudit aũt malignantibus. Siquis aũt arbitrat̃
secũ nõ bñ agere apl̃icã sedẽ: recurrere ad eã dꝫ: grauamẽ suũ exponere:
remediũ petere: nũq̃ pia mr̃ filioꝝ desiderio deerit: qđ viderit ad salutez
eoꝝ ꝑtinere. Et tu ergo serenissime impator: si quid arbitraris tue natõis
ꝑlatos br̃e qđ ꝑ nos emẽdari debeat: admone eos: hortare & vrge vt ad
nos veniẽtes suas nobis necessitates exponãt: grauamĩa referãt: deside-
ria ꝓferãt. Nã votis eoꝝ q̃ a rõnis tramite nõ discordẽt: tãto libẽtius an-
nuemus: q̃nto cõfidẽtius eos ad nos recursum br̃e videbim⁹. Ceteꝝ qa
charissimũ in xp̃o filiũ nr̃m Ladislaũ hungarie ac bohemie regez illustrẽ
nõdũ recõciliatũ tibi eẽ ꝑcepimus: sed adhuc inter te atq; ip̃m lites eẽ fe-
runtur ꝑingẽtes: q̃uis non dubitamus ꝓ te te sapĩa ea dũtaxat seu q̃rere
seu velle q̃ sint equitati ac iusticie cõsona: qa tñ discordia vr̃a tãtomagis

non angit: q̄ntomagis xp̄iane reipublice damnū resultat. Serenitatē tuā rogam⁹ vt ante tuos ponas p̄mū cū q̄ cōtēdis. & vbi p̄tēdis: qa cū carne tua cū sanguie tuo: cū fratre tuo: & in ḋomo tua: in agr⁊ paternis: i hereditate auita bellū geris: in quo nec p̄dere nec vincere tutū est. Cōsidera q⁹ tu impator es aduocatus ecclesie: p̄tector fidei catholice: primus inter seculi principes. Primus q̄ arma p̄ defensiōe religiōis nr̄e induere debeas Considera q⁹ tu ille es in quē omniū xp̄ianorū oculi conjecti sunt: qui si (quēadmodū tibi ex officio incūbit) aduersus impiā turcorum gentē arma promoueris: vniuersos ferme reges ac principes vt te sequant̄ p̄uocabis: labentemq⁹ rem christianaz magnifice subleuabis. Sin vero domi māseris aliis occupatus curis: nemo erit qui bellū xp̄i gerere velit: eriscq⁹ tuip̄e causa cur nostro tēpore fides catholica negligat̄. Intellexisti q̄ fecerunt turci superioribus annis: vt constantinopolim orientalis imperii caput: ac totius grecie colmē inuaserunt: vt vrbes q̄plurimas incēderūt: vt xp̄ianū sanguinē effuderūt: vt altaria euerterūt: vt sanctoz reliqas canibus obiecerūt: vt imagines dei nr̄i glorioseq⁹ matris eius aut lāceis effoderūt: aut sputis lutoq⁹ deturparūt. Scis q̄ nūc cogitāt q̄ parant q̄ molliunt̄: nullū illis studiū ardentius: nulla cura p̄penſior est q̄ vt ea agūt p̄ que possint xp̄ianā gentē funditus perdere: vincula: verbera: neces: fidelib⁹ oibus cōmināt̄. Prope ē eoz gladius & adesse festināt tpa: & tu interim ac patruelis tuus: arma q̄ merito in hostes fidei verterent̄: cōtra subditos & vasallos vr̄os exercetis. Dices fortasse quieuissem nisi me magna necessitas impulisset: sed parate fuerunt insidie mihi: hereditas mea in piculo posita est. Coactus sum arma p̄ defensiōe capescere. Inuit⁹ pugno cū sanguine meo: possibile est q̄d ais nihil inficiamur age: sint vera que refers oia sit iustissima tua causa: at iustius ē p̄ xp̄o pugnare et maior necessitas ē hereditatē xp̄i q̄ tua defendere. Si tua perit est adhuc vbi saluēris. Si perit xp̄i hereditas (q̄d tñ nullo pacto futuz putam⁹) & tuam hereditatē perire oportet: & xp̄iane reipublice fundamēta corruere. Cogita igitur de cōmuni piculo prius: & maiora minoribus antepone. Exquirito omnes vias quibus cuz patruele tuo quantū sanguine iungeris: tantū dilectiōe & affectu sincero copuleris: nec illi imputes quoquo que per alios etati tenere subgeruntur. Audiuimus dilectum filium nobilez virum Ludouicū bauarie ducem inter te & ip̄m patruelē de pace acturū in austriā descēdisse. Credim⁹ & dilectū filiū nr̄m Iohannem cardinalem sancti angeli apostolice sedis legatū quēadmodū sibi scripsimus eisdem tractatibus inter futurū. Age flecte animū & amplectere bona mēte cōcordiam: noli oia que tibi debentur exquirere: esto contentus bis que potes obtinere. Nec graueris pro bono pacis de tuo iure pauca dimittere. Deus p̄ cuius causa pacē accipies: maiora tibi retribuet. Cōmēdabūt oēs tuā sapientiā que furori temperantiā arrogantie humilitatem: duricie mansuetudinē: tenacitati largitatem obiecerit. Sit finis aliquando ci

uilis & inteſtine diſcordie vt tandē cū patruele tuo recōciliatus: & tu & ipe ceteriq; germanice terre ꝓceres: quoꝝ conſueuit in armis eē inuicta virtus vnitis iam viribus ac cōcordibus animis in turcos militaria ſigna feratis. infelices xp̄ianos qui p greciā captiui merent: a iugis ſeruitutis eximatis ac regiā ciuitatē que de Cōſtantino ceſare nomē habet cū turpiter pridē amiſſa fuit: tam glorioſe recuperetis. Hec ſcripſimus tue ſe renitati nō ſine fiducia ſingulari: pro ea qua tibi & indyte nationi tue ingenti charitate ſumus affecti. Tuū eſt vt hec tam bono animo recipias cū ſunt a nobis optimo corde ꝓlata. Datū rome apud ſanctū Petrū pridie kl's. Septēbris. M. cccdvii. Dictata p Eneā cardinalē ſenen.

Excuſat rōne ſe p̄ces nō poſſe exaudire. EPIS. CCCLXXXVI

Neas cardinalis ſenenſis. Bartholomeo etenſi artium & medi-
e cine doctori phiſico archiep̄i moguntini. S.p.d. Reddidit nobis vigandus lr̄as tuas que gratiſſime fuerūt tuā bonā valitudinem indicantes. Voluiſſemus petitioni tue morē gerere: ſed nos nō decet cōtra primarias preces impatoris aliquid attentare: quia illas impetrauimus & ſepe defendimus: & impatorie maieſtatis honorē tueri debemus qui ab illa ꝓmoti & magnificati ſumus. Si qua alia in re poſſem tibi cōplacere eēt id nobis voluptati. Vale ex roma die. xxviii. octobris. Anno. M. cccdvii.

Certiorem reddit amicū largum eſſe animū ſibi complacēdi.

Neas cardinalis ſenen. EPISTOLA CCCLXXXVII

e Nicolao arzimboldo. S.p.d. Q̄uis raras ad te lr̄as dederimus. Nam be ſecūde ſunt: poſtq̄ cardinalatus honorē cōſecuti ſumus Nihil tamē minus te amam⁹ & reueremur. Eſt indelibilis memoria illius dulciſſime conſuetudinis quam ſimul florentie habuimus. Recordamur quanto fauore nos mediolani: dum legatione ceſarea fungeremur: proſequebaris. Neq; oblīti ſumus eorum que rome in coronatione imperatoris vna agitauimus. Que omnia ſuauiſſimam mihi reddunt recordationem tui nominis. Ad hec accedūt ampliſſima in me merita Caſparis ſchlick cancellarii ceſarei: que ſuis neceſſariis & amicis mirumimmodum nos obligatos tenent. Hec ſcribimus ſemel pro multis vicibus: vt ſcias nobis animū eſſe complacendi & tibi & tuis omnibus. Nam quotiens tuo nomine requireremur: totiens in memoriam chariſſimi amici non ſine voluptate quada; reuocamur. Ex te aliud nihil petimus niſi vt nos ames ex veteri conſuetudine: & illuſtriſſimo principi duci mediolani cōmendatos efficias. Cuius clariſſima virtus omnē inuidiā ſupauit. Vale ex vrbe romana. iiii. nonas decēbris. M. cccdvii.

Reſpondet francorum regi ſuper materia epiſcopatus tornaceñ.

Jus epiſcopus ſeruus EPISTOLA CCCLXXXVIII

p ſeruorum dei. Chariſſimo in chriſto filio Karolo regi francie illuſtri Salutem & apoſtolicam benedictionem. Que ad nos de con

ditionibus tornacen. ciuitatis tua serenitas scripsit: nō diffitemur ita esse vt scribis: abundans em̄ multitudo populi est in regni tui ꝓfinibus: que mā sit in tua & ꝓgenitoꝝ obediētia seculis multis: ꝑbetq; tibi oportunitate loci cōmoda pmulta & magna. Qđ vero adiūgit ecclesiā ipaꝫ ꝓmissam tibi in psonā cardinalis cōstantien. fuisse in eo vel tua maiestas informata vere nō est: vel qui de ea nos cōpellarūt rnsa nra interptati bene nō sunt. Viuentiū beneficia cuiq; promittere mos nr nō est: nec fuisse in būc diē (adiutore deo) meminim⁹. Recordamur oratorib⁹ dixisse cū vacare illā cōtingeret: rem facturos de qua cōtentari merito posses: daturos aūt cui velles eā ecclesiā nec diximus vnq; nec cogitauimus. Adueniēte tn obitu translati epi facere maiestati tue rem gratā in animo gessim⁹ꝓ obitum nō vacauit. Senex grandeuus incōmoda multa pferre in ea ciuitate nō valens: ꝑcatus ē illuc robustiorē transferri. fuit iusta & pia eius petitio Rare vel nulle supplicatiōes hmōi a sede aplica solēt repelli. Si doles hominē duci burgū die subditū illic eē prepositū: minor culpa hec nra est q; fuerit ꝑdecessoꝝ nroꝝ qui plures burgūdos illic statuerūt. Nos rem nouam nō fecimus: veterē & vsitatā sumus secuti. Hoc quoq; ad transferēdum tullen. proniores nos fecit: q; sicut serenitas tua intelligit: tota tornacen. dyoc̄ s sub dominatu ē burgūdoꝝ: nec putamus videri incōueniens posse: si ex dominio illo daret epūs: intra cuius limites maior est & amplior iurisdictionis illius pars. Nā q; tua serenitas q̄rit & bis & aliis rebus secernere cōmoda regni tui & cōsanguineoꝝ tuoꝝ nobis parum cordi eē. In boc credimus euenire tibi quod nobis: vt em̄ tu cōplaceri tibi a nobis sepe nō putas: sic nos sepe exaudiri a te vota nra nō cernimus Nō tn propterea de tua in nos volūtate siniſtrū aliq̄ credimus: cogitamus semp causas tibi aliquas eē ꝓpter quas nō forta posses que volumus. Accusamus necessitatē mente: & animo equissimi sumus. Par officiū a te requirimus charissime fili nec vellemus quotiēs tibi obtempatū nō est: totiēs de aīo nro iudiciū faceres. Meminimus in gr̄am tuā multa fecisse honore tuo multa multis dedisse. Si sp nō dedimus nō sp eē apostolica sedes pōt vt vult. Multa illā circūspicere oportet: multa metiri. ita semp actiōes suas dirigere: vt reddere illarū rōnem deo & hoibus possit Postremo q; nobis denūcias te pmissurū nō eē vt idē tullen. tornacen. ecclesie presit. Nihil in boc aliud rādem⁹: nisi maiestatē tuā sane intelligere qđ regē catholicū deceat. Et nos cōstanter sperare te si factū nrm diligentius cōsiderare volueris: nihil dissimile a claris ꝓgenitoribus tuis eē facturū: quos nō minus veneratio in ecclesiā dei & obedientiā in sanctā sedē aplicā q; cetera glorioſa facta illustrarūt. Ipsam aūt translationē cum facta solēniter sit: mutare sine rebensiōe nō possumus. Vnum a te petimus charissime fili: vt detractoribus sedis aplice semp non credas: multa illorū passionibus tribuas ꝓ certo habeas nos serenitatem tuam amare. Illi cum possimus obsequi cupere nec pretermissuros vnq; occasionem

aliquã eẽ in q̃ tue bonitati placere eũ deo possem⁹ q̃ si in aliq̃ p̃iudicatus tuis iurib⁹ putas: pati sum⁹ tue celsitudini iusticiã cũ oi benignitate admi nistrare. Datũ ro. ix. decẽbris. Anno. lx. põtificat⁹ nr̃i anno tertio.

Ad eundẽ in eadem causa. EPISTOLA CCCLXXXIX

Ius episcopus seruus seruo⁹ dei Charissimo in xp̃o filio karolo p regi francie illustri Salutẽ & apostolicã b̃dictionem. Nisi tua si gnata manu & tua fuisset impressa sigillo: nũq̃ tua putauissem⁹ epistolam quam tuo nomie Michael secretarius tuus nouissime ad nos detulit. Multa em̃ continet que a tua prudentia & tuo scribendi more vi dentur aliena. Sed neq̃ portitor neq̃ signum neq̃ subscriptio patitur vt tuas litteras esse dubitemus: que tanq̃ abs te misse reddite sunt: eas ob res cogimur respondere & nostram excusare innocentiaz. Neq̃ em̃ nos sumus qui vel tuam serenitatem vel alium quẽpiam odio persequamur aut odii causa quicq̃ agamus. Nos quidẽ tuã mansuetudinez sp amaui mus: semp magnificauimus: semp obseruauimus. Tũ propter maio⁹ tu orũ gloriã & magnifica gesta. Tum propter modestiã & religionẽ quas in te fitas didicimus. Neq̃ sane vnq̃ in aio nr̃o fuit quicq̃ agere q̃d tibi aut incõmodũ eẽt aut molestũ: sed aliter tibi psuasum est vt scripta tua o stẽdunt tam nobis q̃ sacro collegio nr̃o directa. Ignoscat bis diuina bo nitas qui talia suggerũt quo⁹ magnũ est peccatu: summa iniqtas: mala mens: malus animus. Illo⁹ ẽ qui tua: excellẽtiam aduersus nos irritare aut cõmouere nituntr̃: similes illis sunt qui filiũ tuũ a te alienauerunt. illi em̃ carnalem patri filium abstulerunt: hi nobis spũalem auferre nituntur sed minime obtinebũt si tua constantiã & moderationẽ retinebis: & no stris vocibus auscultabis que non tã nr̃e sunt q̃ dei & filii eius xp̃i cuius vicariatum non nostris meritis sed sua dispensatiõe in terris gerim⁹. Au di ergo nos fili & in charitate accipe que ad tua scripta respondem⁹. Scri bis de tornacensi ecclesia ad quaz translatum esse: tulleñ episcopuz baud equo animo fers: putasq̃ tibi iniuriam factam q̃ preces tuas no exaudi uerimus quas pro cardinali cõstantie ad nos porrexisti: & plurima sub iungis que paulopost capitulatim attingemus: sed priusq̃ hoc agimus rem gestam accipe: sic em̃ & tua & nostra causa melius cognoscetur. Fue runt oratores tui vel bis vel ter priusq̃ vacaret ecclesia tornacẽsis: dixe runtq̃ nostrum antecessorem ecclesiam ipsam dispositioni sue reseruas se. vt contingente vacatione illi prouideret de persona tibi accepta: petieruntq̃ vt nos idem efficeremus: cum tue solennitatis plurimum interesset in ea ciuitate que tua esset. episcopum presidere tue maie stati fidum & acceptum. Idem egere nobiscum ducis burgundie lega ti non semel sed iterum atq̃ iterum: dicentes dyocesim tornacensem fe re totam & reddituum maximam partem in potestate ipsius ducis con sistere: ad quem magnopere pertineret episcopum tornacẽ. eũ creari q̃ sibi amic⁹ & charus esset: propter magnas & opulentas flãdrie ciuitates

vicinas anglicis: in quib⁹ status sui robur cōtinetur: a diuicietes retroactis tpibus maxime a. lxx. annis citra nunq̄ in ea ecclesia pfuisse: qui non ex charis ducis burgūdie fuisset. & cp vnus alter pmotus ab Eugenio tandem trāslatus extitit ad ecclesiā narboneñ. cū pace illic potiri nō posset. Intellexim⁹ rem vtcūq̄ arduā atq̄ perplexā: nec vel tuis vel ducis oratoribus quicq̄ certi pmisimus: sed negātes nr̄i moris eē p aliquo nominatim ecclesiā cathedralē reseruare: rndimus cōtingēte vacatiōe nos ecclesie illi ita puisuros: vt nulli causa q̄rele merito eē debeat. Cūq̄ tui oratores p cōstantieñ. cardinali reseruari ecclesiā peterēt: burgūdi vero p epo traiecteñ. dixim⁹ apte nulli duas ecclesias comissuros prout ipi efflagitabant. Hec sunt pmissa nr̄a: hec acta vobiscū sunt an̄ vacatione: eratq̄ nostrum desideriū vt nunq̄ hec vacatio nr̄o tpe intercideret: cū videremus absq̄ turba & molestia huic ecclesie puideri nō posse. Verū nobis senas ex mantua reuersis reddita sunt autētica scripta & mādata: p q̄ tornaceñ. & tulleñ. epi ex iustis causis desiderabāt inuicē ecclesias suas designare: & ad alterutra transferri: admisimus nos resignatōes: & translatiōes fecimus de fratrū nr̄orū cōsilio. Deinde cū viterbii eēmus: anteq̄ translationes p dicte effectū sortite fuissent: nūciatus ē nobis obitus epi tornaceñ. cōmisimus causam vt fit vni cardinali: & facta ē relatio in cōsistorio libere & graniter oēs fratres nr̄i sniam suas dixere: placuit oibus tulleñ. epm ad ecclesiā sic vacantē transferri: nihil sine cōsilio & matura deliberatiōe fratrū egimus: omnia eis aperuimus: que vel tui vel alii oratores in hac cā exposuerāt: q̄q̄ p sese cūcta nossent: fecim⁹ hāc trāslationē suadentib⁹ fratrib⁹ quoq̄ aliq affirmauerūt tulleñ: olim epm tue serenitati et fidelem & acceptū eē: ac p ei⁹ mediū tibi vt duci burgūdie cōplacitū iri. Cūq̄ pater ille antiquus qui multis annis cū laude tornaceñ. administraret ecclesie: in extremis vite spōse sue de hac psona puidendū eē cēseret: non videbat eius vel votū vel cōsiliū spernendū: Fecim⁹ ergo hāc puisionē: nec vidim⁹ aut fratres nr̄i viderūt pēsata loci & tpm qualitate vtilius posse puideri: q̄ si hec tue serenitati nō placēt: nō est trū q̄ ea in tuā cōtumeliā facta eē diudices: cū nos te amemus & honoratū semp eē velimus. Si iam ad partes tue ep̄le reuertamur eisq̄ quoad possumus satisfaciam⁹. Dicis in primis te nunq̄ cessaturū quousq̄ tua dep̄catio exaudiat: nō oportebit te diu contēdere si ea petieris q̄ cum honestate concedere valeamus. Est em̄ lucrū nostrū cū tibi ceterisq̄ regib⁹ iusta petētib⁹ cōplaceam⁹. Dicis te loq de re tui dominii. Iurisconsulti duplex dominiū tradūt. alterū directū: alterū vtile. Ciuitas (vt aiūt) vtroq̄ iure ad te pertinet. diocesi dircio tm. Nā vtile ducis ē q̄d multipluris faciūt: nec tua excellētia ep̄atib⁹ bactenus vim fecit q in ducatu burgūdie vacauerūt q̄ruis asseras et vere asseras principatū illū sicut & flandriā a tua corona depēdere. Dicis te instare p cardinali p psona digna et bñ merenti. Nihil contra personam eius dictum est. Laudamus hominem & quouis honore dignū censemus: cui cardi-

nalatus insignia misimus. Rubrum pileum. q̃uis egreferimus. si verũ est
qđ aliqui retulere eum. s. in tua curia nõ vti cardinalatus insignib⁹ quasi
non acciperet̃ cum bonore decẽti. qđ si ita est. decet tuam excellentiaꝫ q̃
dicit se cardinales amare in hac re ita prouidere. ne dignitas cardinalatus
in tua curia minor vel abiectior q̃ in aliis videat̃. Dicis non decere cardi
nalem pati repulsam. nõ patiet̃ si ea petierit q̃ absq̃ alterius iniuria cũ dei
beneplacito concedi pñt. Dicis eccl̃iam fuisse reseruatã & rem hanc a pre
decessore nr̃o Calixto p̃concessaꝫ. cum Calixtus obiit om̃ia eius ꝓmissa
interierunt. si vixisset in hanc diem tui mos gestus esset. nunc de eo nihil
possumus iudicare. sciunt docti reſuationes suas ad nr̃a tp̃a non extendi
Dicis tuos oratores ĩpatiẽter a nobis auditos fuisse & vacuos remissos.
tinus nomie interemptus est: turba ingens trucidata: templa dei magni polluta sunt Inter que nobile opus Iustiniani sancte Sophie vocatum. tetro Machometis ritu fedatum est. Beate virginis matris domini & aliorum sanctorum imagines delete sunt: altaria dirupta reliquie martyrum porcis obiecte: sacerdotes occisi: matrone & puelle ipseq; sacre virgines ad libidinem rapte. Nobiles vrbis inter vina & epulas ipsius thurcorū ducis iugulati. Saluatoris nostri simulacrum in cruce pendentis in derisionem atq; contemptum precedentibus qui dicerent. hic est christianorum deus. in castra delatum: sputo: luto atq; omni feditate iactatum. Noua sunt hec & sub oculis nostris gesta. Hec fiunt: & tamen excitari non possumus: cum vitulis marinis cum druso dormimus: letargum patimur qui tot contumeliis agitati e somno surgere non valemus. Heu furias: heu artes demonum. Pugnare potius inter se christiani volunt: q̄z thurcos adoriri. Ciuilia bella magis cupiunt q̄z externa: & sepe paruis de causis cruentissima committunt prelia. Pulsatus modo villicus: modo seruus. magnos traxit in arma reges. In thurcos qui deum nostrum blasphemant: ecclesias nostras diruunt: & omne christianū nomen perdere satagunt: nemo audet arma sumere. Omnes in arcum prauum dati sumus: declinauimus omnes: simul inutiles facti sumus: non est qui faciat bonū non est vsq; ad vnum. Sed cogitabitis melius viri prudentes & fortem induentes animū: recupare que sunt amissa: & acceptas iniurias vindicare conabimini. Ac tantum de priori belli gerendi causa sit dictum. Nunc alteram attingamus: hoc est vt futura & prope imminentia nostris ceruicibus mala euitemus. Possent fortasse aliquo modo tolerare preterita si finis malorum esset: & non maiora impedirent discrimina. Sed quo pacto sperare quietem ab ea gente possumus: que sanguinem nostrum sitit. Que occupata grecia in bungariam. i. in viscera nostra gladium adegit. Iuuenis est aduersarius noster etate florida: robusto corpore: animo uasto: tumido cursu victoriarum. quas sibi nostra negligentia peperit: vanus est: deceptus est: si quis arbitratur adolescentem quietū rum esse: auro abundantem: armis assuetum: & dominandi cupiditate inflammatum. Ponite hanc spem nunq̄z ille arma deponet: nisi aut victus aut omnium victor extiterit. Proxima illi queq; victoria: gradus erit alterius: donec subactis occidentalibus regibus: deleto christi euangelio: machometicam legem vbiq; gentium inserat. Neq; arbitremini longam morā priusq̄z vos adeat. Nam vicine ille gentes tot bellis attrite nisi opem fertis amplius carpere non audebant. Soli fideles bungari pseuerāt: nō tñ diu stabūt nisi adiuti. Et bi quidē muri loco vobis ad orientē remāserūt: q̄ diruto neq; theutones neq; bohemi: neq; poloni satis tuti erūt. Non asperi montes non alta flumina iter impedient. Nihil erit victa bungaria thurcis inuium: nihil insuperabile orbis imperium querentibus. Per caruos & forum iulii terrestrib⁹ copiis facilis in italiā pate-

bit transitus. Naualis exercitus ex vallana quã thurci possident: vni⁹ no
ctis nauigatiõe brundusium patet et in supiori pte et in inferiori aperta
est thurcis italia. Vtinã mẽdaces et falsi ꝓphe simus in hac parte. Sed cre
dite nos foliũ recitare sibille. Veniẽt veniẽt thurci nisi obuiã imus et au
ferent nobis locum et gentẽ. Nõ timẽt hec fortasse hispani et galli neq;
theutones qui rhenũ accolũt: neq; anglici occeano circũfusi. Ac pruden
tes reipublice gubernatores: bellũ foris q̃ domi malunt: et remotissimã
laudant miliciaꝫ. Perniciosa et funesta sunt q̃ gerim⁹ in nr̃is laribus bella.
Romanis vrbis domitoribus nulla suscepta calamitas durior q̃ in italia
fuit. Nec illi hanibal felicius q̃ in affrica vicerũt. Credite nobis proceres
credite nobis. Nõ est cur amplius dissimuletis: non ẽ cur amplius diffe
ratis arma sumere. Si agros vr̃os: si focos: si liberos: si vxores: si liberta
tem: si fidem ip̃am in q̃ baptizati et renati estis retinere cupitis: bellũ no
bis credite bellũ geratis oportet. Neq; nos bellũ iniustũ suademus q ei⁹
locũ temem⁹ de quo scriptũ ẽ iusticia et iudiciũ preparatio sedis tue. Nec
plura de primo et principali mẽbro. Audistis viri p̃stantissimi ac nobi
lissimi quas ob causas in thurcos pugnare oporteat. Nã et suscepte in
iurie id exposcũt et in futurũ xp̃ianoꝝ indẽnitati cõsulendũ est. Nũc qd̃
erat s̃m nr̃i ordinis mẽbrũ. i. an possitis hoc bellum gerere et an victoria
sperãda sit aĩaduertite. Cũ xp̃ianis nobis sermo est: qui diuitẽ italiã: no
bilẽ galliã: fortẽ hispaniaꝫ: bellicosam ac populosam germaniã incolunt.
his arma: his equi: his homines: his pecunie abunde suppetunt. His vi
res longe maiores q̃ thurcis assunt. Audimus tamẽ nõnullos eẽ q thur
cos supra modũ extollunt: nec superabiles putant tot p̃liorum victores.
Nos magnas eẽ thurcorũ opes fatemur: sed multo minores q̃ fama fe
rantur: neq; nostris quouis modo compando. Illi em̃ etsi oẽs conat⁹ ad
hibeant supra tamẽ ducẽta milia hoĩm non educẽt. Sed quos homines
imbelles atq; inermes ex asianis et grecis mixtos nostis quanti faciat asi
anos. Remus ille virgilianus cui⁹ illa sunt verba. O vere phride neq; em̃
phriges ite p alta dindima vbi assuetis bifforẽ dat tibia cantum. Timpa
na nos buxasq; iuuant berechintea matris dee. Sinite arma viris et cedi
te ferro. Greci quoq; illustres quondã aĩe haud quaq̃ vigorẽ antiquum
retinẽt. Degenerauerũt ferme oẽs qui thurcis parent neq; in armis neq;
in lr̃is pristinũ referunt spiritum. Ceciderunt omnia cum imperio. Non
stant simul fortia pectora et seruitus qui fortes viri in castris thurcorum
militant ex christianis sunt ad summam quadraginta milia: nigre atq; in
felices anime que vbi vos armatos viderint furiis agitate suorum scele
rum et vltorem deum ante ora cernentes ferrum stringere nõ audebunt
Reliqua turba in prelio nulli est vsui: nisi cede sua fatiget hostes. Percur
rite gesta maiorum. Asiana bella muliebria putauerunt. Alexander ma
gni alexandri propinquus cum bellum gereret in italia. Frater meus in
quit in asia cum feminis pugnat. Mihi autem cum viris certamen est. Iu

lius cesar cum de pōticibus gētibus triūpharet que asiam incolūt: in cur ru suo hec verba iussit scribi. Veni vidi vici: acsi solo aspectu superandos diceret asianos. Gotfridus & alii qui secum in asia militarunt parua sepe manu innumerabiles hostiū copias deleuerūt: ac ip̄os thurcos tanq̄ pecudes mactauerunt. Sed arbitramini fortasse meliores hodie thurcos eē victa grecia q̄ olim fuerint Ad quales sint pugna thaurinēsis ostēdit anno abhinc tertio gesta. Tharinū vocauere prisci opidum ad confluentes sanū & danubiū situm. Hoc euo nostro alii albam alii beldradū vocant: propter situm: non magni momēti castellū: id cunctis viribus suis thurci expugnare adnixi sunt. Pagnatū est inter diu noctuq̄ summa contentione. Erant christiani milites qui oppiduꝫ tuebant̄ pauci cruce signati: non nobiles aut diuites: non bellis assueti: non armis tecti: sed rudes incōpositi agrestes. Et hi tamē thurcos vicere: nō tam ferrū q̄ fidem hostibus opponētes. Ab his tumidus ille thurcorū impator insupabilis antea creditus & terror gentiū appellatus in acie victus: ab obsidione deiectus: castris exutus: turpē arripere fugam cōpulsus est. Quid iohānis de himiad victorias referam⁹? Quid Georgii albani triūphos cōmemoremus? cuius conspectū nunq̄ ferre thurcorū acie potuere. vnus nobis exemplo sat est. Iohannes vintimili⁹ qui cū trecentis militibus in epirū ꝓfectus suppetias nepoti ferēs supra decē milia hostium fudit: strauit: deleuit. Hi sunt hostes vestri o christiani. Cū his vobis hominib⁹ pugnādi est qui neq̄ ferire neq̄ feriri nisi in terga nouerūt. Q̄q̄ & si fortissimi essent & bellacissimi. In deo tamē sperandū erat qui cause sue nequaq̄ deesset. An modo scriptū est: in deo faciemus virtutē & ip̄e ad nihilū deducet inimicos nr̄os. Orabat Moyses in mōte & populus vincebat in acie. Sol retinuit cursum suū ne victoris Iosue retineret cursum. Madianitarū plenissima & munitissima castra cū trecētis viris dissipauit Gedeon. Ammonitarum numerosum exercitū cum paucis militibus superauit Iepte Superbissimos philisteos solus humiliauit Sampson. Nec in manu femine cum de⁹ voluit victoria defuit. Potentes in armis chananeos exterminauit Delbora. Sisaram interfecit Ihael. Et Holofernem obtruncauit Iudith. Multa sunt huiuscemodi in veteri lege. Nec noua magnificis caret exemplis Cōstantino magno pugnam timēti: signū crucis in celo monstratum est: & vox diuinitus audita que diceret. In hoc Constantine vince. De Theodosio piissimo imperatore illi sunt versus. Omnium dilecte deo cui militat ether. Et coniurati veniunt ad classica venti. In britania que nunc anglia nuncupatur vt autor est Beda barbarorum ingētes copias pauci admodum christiani et inermes alta voce canentes alleluia deleuerunt. Non est abbreuiata manus domini: q̄uis elongata est a nobis misericordia sua propter peccata nostra: sed propiciabilis est dominus deus noster et multus ad ignoscendum: si redierimus ad eum et ip̄e ad nos redibit. Fecile per obedientiā placabimus quē per contumaciam

283

irritauim⁹: qui vt primū nos viderit humiliato corde: mox odiū in nos cōceptū vertet in hostes et nobis victoriā mittet. Hanc deam eē veteres putauere: quā iupiter mitteret. Illā vero tanq̄ regi deorū obtēperantem ad eos ire quos iusserit: et in eorū parte cōsideret. At hoc verū est sicut ait Augustin⁹. Nō de illo ioue quē deorū regem ꝑ sua opinione finxerunt: sed de illo vero rege seculorum q̄ mittat non victoriam que nulla est substantia: sed angelum suū: & faciat vincere quē voluerit. Sicut in castris assirioꝝ accidit Ezechiā regē obsidētib⁹: in quib⁹ angelus dñi centum & octuagintaquinq̄ milia hoim vna nocte interfecit. Hec victoria id est hic angelus: oibus procul dubio de celo mittit̄ qui pro causa dei recto & magnanimo pugnant. Verū cū in eo hoste nobis pugnandū est q̄ deo nr̄o prorsus aduersat̄. libet hoc loco pauca de saracenorū lege referre: quā turci sequunt̄: vt cōfidentius pugnam iniatis: quo fediores ac magis impios cognoueritis. Sceleratissima ē machometea lex: q̄ nō solum xp̄i diuinitatē respuit: sed innumerabilibus aliis scatet erroribus⁹. Nāq̄ vt ꝑteream deliramēta & ineptias illas: quibus angelos corporeos de flāma ignis creatos intertinos affirmat: & origeni cōsentiens demones aliquando saluandos tradit: & celum de fumo factū & lunam eque splenduisse cum sole: sed volitantis angelis gabrielis ala tactam fulgorem amisisse. Quis illud tolerare queat q̄ mundū cum Democrito sentiens fortune casuiq̄ submittit & diuinam prouidentiam aufert? Quid q̄ sacrosanctam trinitatē respuit & impossibile ait deum habere filium? Et q̄ vis xp̄m ex virgine natum consentit: iustum & sanctū hominē qui cunctas curauerit egritudines: deum tamen eē cum Arrio negat: nec pro nobis obiisse censet: sed sublatum a deo in fine seculi morturū & tū denicq̄ surrecturum: iudeos aūt alium sibi similē crucifixisse delirant: nec sanctispiritus dignitati glorieq̄ consentit: quem creaturā cū Nestorio macedonio q̄ metit̄. Et ome fidei meritū auferēs. In sua quēq̄ secta saluari homines perbibet. Alioqn recte viuentē nisi a sua lege abierit. Et quia nō cōstant inter se mēdacia. Alio loco neminē saluari asserit extra legē a se traditam. In q̄ beato Paulo cōtradicēs. Circūcisionē seruari ꝑcipit. Et vini tm̄ consuetudinē ꝓhibens: ceteras voluptates indulget: stupra & adulteria cuz captiuis & emptis mulieribus admittit. Vxores plurimas: & cum his diuortia passim cōcedit. Nec cōcubit⁹ nature aduersos inhibet. Postremo bō & bestialis future vite beatitudinē sola carnis voluptate metit̄. Ensapientem hominē q̄ se dei propheta audet nominare temerator antique legis: corruptor noue: ꝓstitutor aiaꝝ: verus ꝑcurator orci. Et primus sathane satelles: cuius auditores inferni mancipia sunt quales turcos esse nō dubitamus: aduersus quos armis cōtendere sacrificiū deo fuerit & acceptissimū spectaculū. Ceteꝝ qa diuinitateꝫ xp̄i vt diximus impia saracenoꝝ & turcoꝝ secta prorsus excludit: non ab re fuerit hoc in loco maiestatē eius & gloriā in mediū afferre cūctisq̄ palā facere xp̄m queꝫ colim⁹

et cuius causa bellū suademus verū deū esse sibiq; thura deberi et diuios honores. Aggrediamur igit̄ būc articulū. Sp em̄ conandū est vt veritas magis atq; magis eluceſcat. Agem⁹ aūt pingui minerua nō more pbor̄: quos vix illuminatiſſime pn̄t intelligere metes: vt quiſq; cū pximo ſuo loquit̄: ita & nos bodie vobiſcū loq̄mur. Cupim⁹ em̄ etiā a piſcatoribus intelligi q fidē a piſcatoribus accepimus. In primis aūt illud aſſumimus quod omnes ferme concedunt: deū. ſ. vnū eſſe a quo oīa condita ſunt & gubernant̄ vniuerſa. Docēt tm̄ viri ſapientes mūdi machinas & tantū rerum ordinē: quantū in mūdo cernim⁹ ſtare nō poſſe niſi & vn⁹ eēt rector oībus imperās. Recipim⁹ igit̄ cōfeſſa maiorū qui mūdialis machine rectorem et quidē vnū eē fatent̄: eūq; deū vocāt: quo nibil mai⁹ nibil meli⁹ aut inueniri aut excogitari queat: būc nos xp̄m eē luce clari⁹ oñdem⁹: ad qd efficiendū tutiſſima & aptiſſima via ex miraculoſis ei⁹ opibus patet. Nā & ipe interrogatus a iudeis an xp̄s eēt. Loquor vobis inquit & nō creditis mibi: opa q̄ ego facio in noie patris mei ipſa teſtimoniū pbibent de me. Faceſſant igitur dyaleticorum ſyllogiſmi & oratorū inductiones: ipſa nobis xp̄i opa xp̄i diuinitatē oſtēdant: religioniſq; noſtre fidem confirment facta nō verba. Ponat̄ igit̄ ante oculos noſtre mentis bomo qui vocatur ad nuptias aquam in vinū cōuertat: quocūq; iter faciat egrotos ſolo verbo ſanitati reſtituat: mutoru3 linguas in eloquiū ſoluat. Claudis gradiēdi facultatē tribuit. Cecis lumē: ſurdis auditū p̄beat: paliticorum mēbra cōſolidet. Reſperſos elepbātie maculis repurget ac nō ſolu3 vires imbecillis adiiciat: ſed ipſos quoq; mortuos in ſepulcro quadriduanos tanq; ſomno ſolutos ad vitam reuocat. Secreta & cogitationes hominum intelligat. futura prenunciet: demonia eiiciat: ſuper aquis ſiccis pedibus ambulet: ventis imperet atq; mari. Poſtremo volens iuxta ſermonem ſuum prius babitū: captus a iudeis. crucifigatur: interficiatur: ſepeliatur: & tertia die reſurgēs: tractandū palpandūq; corpus ſuum diſcipulis offerat: edat & bibat cum eis. Et tandem poſt quadraginta dies videntibus illis in celum aſcendat. Quid bic poſt tot ſigna dicemus? An non interrogatus a diſcipulis Iobannis? Tu es qui venturus es an alium expectamus? Interrogatores ipſos ad miracula remiſit. Certiſſima quippe diuinitatis argumētatio eſt miraculor̄ oſtenſio. Q3 ſi nōnulli pbilozopborum naturam ipſam deam eē putauerunt: cur nō magis deus ille credendus eſt: qui nature dominium ſe babuiſſe miraculis patefecit. Dicat fortaſſe aliquis Moyſen: Helyam: Heliſeum: ceteroſq; propbetas & ipſius Cbriſti diſcipulos: ſigna & portenta feciſſe: ac nature curſum retinuiſſe: non tamen fuiſſe deos. Verum eſt id quidē: ſed neq; illi deos ſeſe dixerunt. Mentiri em̄ & miracula facere ſupra naturā q̄ xp̄s fecit nulli ē datū. Sicut apud Iobannem teſtatur cecus a domino liberatus. Scim⁹ inquiens quia peccatores boc eſt mēdaces deus nō audit. Et nicodem⁹. Rabi ſcimus inquit quia a deo veniſti. Nemo em̄ pōt bec ſigna facere q̄ tu fa-

cis nisi esset cū eo deus. Ad hec quē retulimus & alia q̄plurima de xp̄o miracula sacrosancta q̄ttuor euangelia tradūt quattuor vberrimi testes affirmāt. Accedūt epl̄e doctoris gentiū Pauli et actus apl̄oꝝ. Ex quib⁹ palā fit ea signa xp̄m fecisse per que nature dñs oñderetur. Fuit igit̄ cum de⁹ & ip̄e verax: neq; em̄ mēdacibus deus coniūgit̄. Si verax xp̄s igitur & deus: qui de seip̄o dicit in euangelio. Ego sum via veritas & vita: & q̄ videt me videt & patrem. Et rursus. Ego & p̄r vnū sumus. Et alio loco. Pater darifica me ea daritate quam habui apud te priusq̄ mūdus fieret. quib⁹ verbis se deū esse manifestissime testatus est. Q̄z si quis euangelio nō credit: non videmus cur Moysi credat & aliis antique legis scriptoribꝰ. Credūt greci herodoto: tucididi: pollibeo: xenophonti: diodero. credunt romani liuio: salustio: trago: cornelio: suetonio. Credunt & alii suis hystoricis. Cur nos non credimus nostris? Q̄z q̄ illi minime cum nostris compandi sint: illi em̄ nullius autoritate recepti sunt sanctū euangelium multa patrū consilia prius approbauerunt q̄ legendū ecclesiis traderet. Ad cuius robur etiam mattyres accedūt qui pro testamēto domini sua corpora tradiderunt & lauerunt stolas in sanguine agni. Inter quos etiā virguncule magno miraculo nō expauere supplicia. Accedūt & sanctissimi doctores qui cū essent perspicacissimi nequaq̄ euangelio credidissent: nisi veram eius hystoriam cognouissent. Sicut apud grecos Dionysius ariopagita: Iohannes chrysostomus: Gregorius nazanzenus: Cirillus athanasius: magnus Basilius: & alii q̄plures. Apud latinos quattuor doctores fama illustres: Gregorius: Ambrosius: Hieronymꝰ: Augustinus: & vltra illos Ciprianus cartbaginēsis: Ysidorus bispalēsis: Hilarius pictauiēsis: Eusebius versalēsis: & proximi euo nostro. Thomas aquinas & Albertus magnus natione sueuus; & alii pene innumerabiles qui fide xp̄i diuinitate nō more philozophoꝝ qui sibip̄is aduersant. Sed omnes vno ore loquuntur: vt sine deo putanda nō sit tanta vnitas atq; cōcordia. Confert & multū romanorū auctoritas qui cum eēnt sapientissimi atq; potētissimi quondam domini et orbis possessores collum euangelio nunq̄ submisissent: nisi aut rationibus victi: aut miraculis tracti. Quis propterea viros fortes eosdemq; prudētes bispanos: gallos ac germanos euangeliū suscepisse crediderit: nisi magnis rationibus psuasos. Sane cum lex gentiū mollis eēt christianorum durior: nemo hāc sub ire voluisset nisi auctorem eius deū eē didicisset. Sed illud oēm ambiguitatē excludit: oēm titubationē auertit: oēm credēdi moram expellit qd multis seculis priusq̄ xp̄s carnē indueret: natiuitas eius ex virgine sanctimonia vite: miraculorū patratio: legis editio: captiuitas tormentū: per pessio: crucifixio: mors: resurrectio: in celū ascēsio & reliqua q̄ de ip̄o legimus: ita in propbetis scripta reperiebantur: sicut postea gesta sunt. Lege ysaiam: Hieremiam: Danielem: Ezechielem: Dauid: Salomonē: & alios propbetas quecūq; de Christo iā facta cōmemorant: euangeliste eadem

diuino afflati ſpiritu. Prophete futura predixerũt deum & hominem in Chriſto recognoſcentes. Nec ſibillarũ contemnenda eſt auctoritas: que lõgo tempore ante natiuitatem dominicam vaticinate vt Firmianus & Auguſtinus affirmant: plura de Chriſti deitate cecinerũt. His coniũgitẽ honeſtiſſima lex Chriſti omni ex parte venerabilis ac modeſta. Nam qd aliud epiſcopus docet q̃ celeſtem agere mortales in terris vitam? Iubet em̃ nos deũ colere feſtos dies ſanctificare: proximos quaſi noſipos diligere: pauperũ miſereri: viduas & pupillos atq̃ oẽs imbecilles protegere Infirmos & in carcere clauſos viſitare: mortuos ſepelire: caſtis nedũ manibus ſed etiam oculis eſſe: adulteria: ſtupra: fornicationes: iurgia: lites: ebrietates fugere. Primos in cenis accubitus & omnes mundi pompas: omnes blandicias deuitare. Reges ac parentes honorare: magiſtratibus ac ſacerdotibus obedire. Poſtremo theſauros veros ipſamq̃ felicitatem nõ in terra ſed in celo querere. Hec lex Chriſti eſt: hoc preceptũ: hoc teſtamentũ eius. Coniũgite nũc omnia ſimul. Chriſtus ex virgine natus: caſtiſſimam vitam ducit ſigna & miracula facit: nature imperat: legẽ perfectiſſimam edit: quo orbis cõſenſu recipitẽ deum ſe dicit & hominẽ: prophete: martyres et doctores ſibi aſtipulantẽ. Quid hec inferunt ſimul iuncta niſi verum eẽ teſtimoniũ Chriſti de ſeipo: et ipſum verũ atq̃ indubitatum eẽ deum. Machometem arabicum: falſum mendacẽ: perditum: ac omnino reſpuendum qui hec negauit. Verus igitẽ Chriſtus: deus verus verus deus et homo xp̃s Hieſus: qui cũ patre & ſpirituſancto in p̃ſonarum trinitate colendus: miſertus hũani generis primi parentis culpa vt iam primi damnati: vt nos redimeret: ex arce celeſti & altiſſimo dei thro no ſplendor eterne glorie: figura ſubſtantie dei: moderator orbis: iudex futuri ſeculi ad nos deſcendit. Neq̃ rapinam arbitratus eſt ſe eẽ equalẽ deo: ſed formam ſerui accipiẽs: exinaniuit ſeip̃m factus obediens vſq̃ ad mortem: mortem aũt crucis. Neq̃ iſta ſine ſuppliciis atq̃ tormentis: ſed dorſum ſuũ vt inquit yſaias poſuit ad flagella. Maxillas ſuas ad palmas. Genas ſuas a feditate ſputorũ nõ auertit. Speciosus forma pre filiis hominũ: ſpeciem atq̃ decorem amiſit: ductus eſt tanq̃ ouis ad victimam: & inter latrones deputatus eſt. Diuiſerũt ſibi veſtimẽta eius: & ſuper veſtem ſuam miſerũt ſortem. In ſiti ſua potatus eſt aceto: & ſpineam coronam poſuerunt ſuper caput eius: Nõ fuit dolor ſicut dolor ſuus: a planta pedis vſq̃ ad verticem nõ erat in eo ſanitas: nec tamen eiulatus emiſit ſicut agnus coram tondente ſiluit. O homo o chriſtiane o qui fidelis videri vis. Et cur iſta Chriſtũ tuliſſe exiſtimas? Iuſtus erat: & dolus inuentus nõ eſt in ore eius. Cur tot ſuppliciis ſubiicitur innocens? Pro te doluit homo. Peccata tua ipe portauit homo: et tu ſuo liuore ſanatus es homo. Bonus paſtor animam ſuam poſuit pro ouibus ſuis: & mortem tuam morte ſua redemit. Et quas tu illi gratias reddis? Quid facis quid cogitas vt gratus inueniaris? Turci nomẽ ſuum blaſphemant: altaria ſua

diruunt:legem ſuã bereditatẽ ſuã ꝑdere conanẽ:& tu domi iacẽs in ocio O reges:o duces:o viri potẽtes:ſurgite iam tandem & xp̃i dei veſtri religione ac bonorẽ defendite:qñ nec opes nec vires vobis q̃ tburcis minores ſunt:& certiſſimi eſtis pugnaturis vobis ꝑ lege dñi diuinũ auxilium implorantes minime defuturũ. Nec plura de ſecundo & principali articulo. Tertiũ & vltimũ modo ſi placet q̃ breuiſſime abſoluam⁹ boc eſt q̃ premia cõſecuturi ſint aduerſus boſtes fidei pugnaturi. Audite adbibite aures fortiſſimi milites:magna ſunt & ineſtimabilia bona: q̃ bui⁹ boneſtiſſimũ belli victores adipiſcemini. In primis q̃cũq; in boc bello ac quiretis:arma:equos:veſtes:argentũ:aurũ:ſeruos:ancillas:agros:vrbes prouincias:regna:iuſte & licite ꝑ nr̃a diſtributione poſſidebitis: & vltra boc dariſſimũ nomẽ & famã eternã cũ viris illuſtribus cõſequimi. Sunt bec quidẽ more gentiũ expetenda. Nec maiora queſiuere romani greci barbari belligerẽtes. At vobis o proceres p̃mia longe maiora ꝓmittunt Nam regni celeſtis poſſeſſio & xp̃i bereditas vobis offert:& bec quidẽ nõ ſolũ vincentibus verũetiam fortiter occũbẽtibus. Nã quid p̃deceſſores nr̃os vrbanos:eugenios:innocẽtios:alexandros atq; alios feciſſe cõſtat:xp̃ianos oẽs cruce ſignabimus in banc expeditionem ituros & pugnaturis pro lege dñi pleniſſimã oim peccatorũ ſuorum veniam largiemur:& apoſtolicis clauibus paradiſi portas aperiemus. Omnibus ingt rator qui patriam iuuerint:auxerint:defenderint:certũ eſt eẽ in celo diſfinitum locũ in quo beati euo ſempiterno fruantur. Verius & certi⁹ boc illis promittitur qui religionẽ cbriſtianã & ortbodoxam fidem tuebuntur:& aduerſus impios tburcos inuictis animis bellum gerent. Feſtinemus igitur ad boc bellum in quo morientes veram inueniemus vitam. Non bec quã viuimus vita eſt:ſed potius mors que fugit velut vmbra: & nunq; in eodem ſtatu permanet. Sicut lilia & flores deficimus. Leuiſſima res eſt que bominẽ extinguit. Beſtiole minime nobis inſidiantur: & paruule ſerpentis morſu & aranee nõnunq; ictu perimus. Anacres poeta acino vue paſſe & Fabius ſenator in bauſtu lactis vno pilo ſtrangulatus ẽ. Nibil fragilius bumana vita que tum incerta tum breuiſſima eũ nr̃m vt q̃longiſſimũ ſit teſte Dauid in ipſis ſeptuaginta vel octuaginta finitur annis. Quid amplius labor & dolor. At eſto neſtoreos viuas annos & Matuſalem impleas etatẽ. Quid tibi poſtq; curſus pactus ẽ: Breue eſt quicqd finit̃:& ſtulticia eſt in bis ſpem ponere que ꝑtercũt. O bomo moriendus ẽ quiſqs es:& bec relinquẽda q̃ ſunt in terris cbariſſima. Nemo natus nõ morit̃. A morte mortales appellamur. Nemo nr̃m nouit an borã victurus ſit:& tñ bec terrena diligimus q̃ mox relicturi ſum⁹ quin poti⁹ tranſitoria ꝑ perpetuis cõmutamus:& boc tburcẽſe bellũ aggredimur ꝑ qđ poſſum⁹ immortales fieri:& ad illam ciuitatẽ bieruſalem peruenire:quã ſummus rerũ opifex mira pulcritudine & artificio inenarrabili molitus eſt. In qua deũ ipm facie ad faciẽ videbimus:& ipius boni

tate fruemur:in qua ſanctos intuebimur angelos & oim ſpirituũ beatoꝝ ordines q̃ſi cõciues & cõtubernales habebim⁹: in qua nihil nos latebit eoꝝ q̃ vbiꝫ fiunt. Liberatus em̃ hac terrena cõpage animus. oim reꝝ ſeientiã nõ vt ſenſit Plato recupabit. ſed vt Areſtotili & nr̃is placet doctoribus cõſequitur. Illic nihil timebimus nec planete nec comete nobis formidabiles erũt:quos pborreſcant reges. Sedebimus (vt ꝓpheta teſtat̃) in pulcritudine pacis:in tabernaculis fiducie:in requie opulẽta. Inueniemus ſabbatũ ſine veſpo.i.requiẽ ſine fine.renouabitur vt aquila iuuẽt⁹ nr̃a:que nullo ſenio nulla tẽporis lõgitudine corrũpetur:ſatiabimur apparente gl̃ia ſaluatoris noſtri quem ſine fine videbimus:ſine fine amabimus:ſine fatigatione laudabimus. O igitur nobile bellũ.o felix p̃mium. o expectabile pugnam.ex qua ſiue vincimus ſiue vincimur ſemp reges euadim⁹.& cum deo nr̃o triũpbantes lucidas paradiſi ſedes querimus. pro quibus cõſequẽdis Stephanus ꝓthomartyr lapidibus ceſus eſt. Petrus & Andreas in cruce ſuſpenſus. Paulus ſecuri pcuſſus. Bartholomeus viuẽs cute nudatus. Sebaſtianus ſagittis ꝓfoſſus. Laurentius flãmis exuſtus. Sed nõ hec ex vobis viri fortes ſupplicia requirũt:minori p̃cio celũ p̃mittitur:pugnate t̃m fortibus animis pro lege dñi:& oia conſequimini:de quibus ſcribit Paulus:quia nec oculus vidit nec auris audiuit: nec in cor bois aſcẽdit q̃ p̃miſit dñs diligẽtibus ſe. O ſtulti et tardi ad credendũ in bis q̃ ſacre promittũt lr̃e:digito dei reuelate atq̃ conſcripte:o ſi adeſſent nũc Godefridus:Baldeuinus:Euſtachi⁹:Hugo magnus: Boemũdus: Tancredus:& alii viri fortes:qui quondã hieroſolimã p medias tburcorũ acies penetrãtes armis recupauerũt:nõ ſinerẽt ꝓfecto tot nos verba facere:ſed aſſurgẽtes vt olim corã Vrbano ſcdo p̃deceſſore noſtro de⁹ vult de⁹ vult:alacri voce damarẽt:vos taciti finem oꝝonis expectatis: nec bortamẽtis nr̃is moueri videmi:& fortaſſe ſunt inter vos qui aiunt. Multa hic p̃tifex loquit̃ vt nos mittat in aciẽ et corpa nr̃a boſtib⁹ obiici at gladiis:ſacerdotũ hic mos eſt:alligãt aliis onera grauiſſima que ipſi digito nolũt attingere. Nolite ita putare filii:nemo patrũ veſtrorũ memoria in hac ſede ſedit qui pro fide xp̃i maiora fecerit q̃ nos iuuantibus vobis:et dño fauente facturi ſumus. venimus huc vt videtis nõ parum debiles:neq̃ ſine piculo nr̃i corpis:neq̃ ſine damno terraruꝫ eccleſie: plus defenſionem fidei q̃ patrimoniũ beati Petri fecimus et q̃ valitudinem et quietem noſtram Accreuerunt expenſe mirũ immodũ. redditus autẽ apprime diminuti ſunt:neq̃ iſta gloria bũdi referim⁹: tedet pudetq̃ nos plura facere nõ potuiſſe. O ſi q̃ fuerant iuuenili in corpe vires:he nũc ad eſſent:nõ iretis ſine nobis ad bellũ:neq̃ piculũ ſine nobis ſubiretis: ipſi ante ſigna pcederemus: ip̃i crucẽ domini portaremus:ip̃i vexillum xp̃i perfidis boſtibus obiiceremus beatoſq̃ noſipſos arbitraremur: quibus datum eſſet pro Hieſu mori. Et nunc ſi cenſetis nõ recuſabimus egrotuꝫ corpus feſſamq̃ animam in bãc felicẽ expeditionem xp̃o deuouere. Per

castra:per acies:p medios hostes si suadetis lectica vehi generosum putabimus:nec magnifica verba ignauo ꝓsequemur animo: cōsulite quid magis xp̄iane rei conducat:nihil aduersabimur de corpe nr̄o: de psona: de pecunia nr̄a. Vestrū iudiciū amplectimur. Metimini vires aplicas:estimate qd tempalia:quid spūalia simul conferant. Et qd̄ vobis videtur humeris nostris onus imponite:nihil recusabimus:duos habet ecclesia thesauros:spūalem alterum materialem alterum:vtrunq; liberaliter erogabimus:& illum qui nunq̄ exhauriri & hunc qui nunq̄ impleri potest. Impresentiarum tamen nihil aliud ex vobis petimus nisi vt bellum contra thurcos gerendum decernatis:de pecuniis conq̄rendis:de ducibus eligendis:de classibus instruendis:de sede belli:de tempore expeditionis. postea diseremus. Neq̄ difficilis consultatio erit:qñ nec arma:nec equi nec naues nec pecunie:nec fortissimi milites:nec peritissimi duces xp̄ianis desunt. Adsit tm̄ cōmūis voluntas huius honestissimi belli gerendi. Quam vt mētibus vr̄is inserat ille rogamus:qui cum patre & spiritusancto sine fine regnat Hiesus xp̄s amen.

Bulla de profectiōe in thurcos. Et de prerogatiuis eiusdem passagii.

CCCCXII

Ius episcopus seruus seruorum dei. Vniuersis et singulis christi fidelibus. Salutē & apostolicam benedictionem. Ezechielis propbete magni sententia est. Venientem gladium nisi annunciauerit speculator animarum:que perierint sanguinem de manu eius requirendum fore. Quod veriti sancte memorie predecessores nostri Nicolaus quintus. et Calixtus tertius ab eo tempore quo thurcorum effrenata rabies constantinopolim expugnauit: venturū ad interiora xp̄ianitatis hostilem gladium damare nō cessauerūt: cōmonere xp̄ianos principes ac populos:quāto in piculo esset nr̄a religio nisi occurreretur hostibus: priusq̄ amplius inualescerent:suasere vt arma sumerent defensionem catholice fidei subirent:furentibus bestiis obuiam irent:nec sinerēt immanem draconem Machometem fideles deuorare animas. Videbant ferocem illius animū occupata constantinopoli minime quieturum:cuius inexplebilis eēt dominādi cupiditas. Nec dubiū quin orietali subacto imperio ad occidētale aspiraret. Annūciata est in tempore futuro calamitas sed non fuit credita. Non fuerunt audite sanctorum pastorum voces:vtiles admonitiones: surda pertransiuit aure xp̄ianus populus. Hungari tm̄ sub Calixto vigilantes arma sumpserunt: qui de tuendo regno solliciti:dum suos fines obseruant custodiunt nr̄os. Ex ipsis būgaris ac theutonibus & aliis vicinis non pauci q̄uis magna ex pte paupes et fm̄ seculum ignobiles:indyti vero in cōspectu dei crucē dni assumpserūt: & magno in hostes spiritu prexerunt: quoruq; potissime ausibus apud albam grecam quam nostri belgradum vocant. thurcorum ingentes copie profligate fuerunt: et machometes ille terribilis ac verox turpem arripuit

fugam. Nationes alie tanq̃ nihil ad eos thurcor̃ facta ptinerẽt: in suis se dibus quiete manserunt. Nos deinde (sicut dño placuit) q̃uis indigni tãto munere Calixto successimus qui mox in aplatus initio Mantuanũ conuentũ indiximus: in quo de cõmuni vtilitate: de cõibus xp̃ianorum consiliis ageremus. Venit in mentẽ qđ p ysaiam scribit. Sup montẽ excelsu m ascende tu qui euangelizas syon: exalta in fortitudine vocẽ tuam qui euãgelizas irl'em: exalta noli timere. Dictũ id nobis putauimus. Satisfecimus (vt arbitramur) p̃cepto. Affuimus in tpe p̃finito nõ sine sum ptu & labore graui. Oñdimus fidelibus xp̃ianis vulnera sua: & que pas si fuerant & q̃ passuri videbanẽ: nisi seipsos aduersus thurcos defenderent. Clamauimus q̃si tuba exaltauimus vocem nostrã. Audiuit ois ecclesia. sed nõ exaudiuit verba nra. Nõ fuit plus põderis nris q̃ p̃decessoris vocibus. Frustra conati sumus. Incassum abire labores. Interea quantum creuerunt thurcor̃ vires difficile dictu est. auditu miserũ. A mari põtico vsq̃ ad amnem sanũ & ab egeo pelago vsq̃ ad danubium nobilissimas interiacẽtes puincias sue possessionis fecere. Trãsiuerũt & ipm danubium vualachieq̃ magnã partẽ occupauerũt. Penetrauerũt & sanum atq̃ agros bungarie longe lateq̃ vastauerunt. Hoc anno bosnam inuaserunt vniuersumq̃ regnũ sibi subiecerũt & insulam lesbon. Quãta vero crudelitate in subactis vrbibus acq̃ puinciis vsi sunt: horret animus dicere. In constantinopoli grecor̃ impator obtruncatus ẽ: & caput ei⁹ hasta suffixum p castra delatũ. Fastianis principibus eruti sunt oculi. In lesbon multitudo puerũ palo transfixa: in bosna regẽ qui salutẽ pactus sese de derat cum patruo suo machometes ipe bumano sanguie insatiabilis sua manu (vt fertur) iugulauit. Quis nobiles viros: quis sacerdotes cõmemorauerit ad cedem raptos: senes ac iuuenes i plateis immanissime trucidatos: vbiq̃ cruor cesorũ visus: vbiq̃ morientiũ gemitus auditus. nulla reuerẽtia matronarũ: nulla virginũ. Fedum relatu ẽ quãto boc genus boim in libidinẽ sit immersum. Cui omnes abbominatiões gentiũ pseudo propbeta quẽ venerantẽ indulsit. Quid de sacrosanctis ecclesiis dicemus? Templũ illud sancte Sopbie iustiniani opus toto orbe memorabile machometis spurciciis reseruatum est. Reliqua sacraria aut diruta sunt aut polluta. Altaria disiecta atq̃ protrita: imagines sanctoruz delete aut luto fedate. Nulla saluatoris christi aut gloriossime matris eius statua sine singulari probro dimissa. Simulacrum crucifixi per derisionem in castra delatum: saxis & luto petitum: & tandem in sceno relictum. O domine deus venerunt gentes in bereditatem tuam: polluerunt templũ sanctum tuum: posuerunt morticinia seruorum tuorum escas volatilib⁹ celi: carnes sanctorum tuorum bestiis terre. Effuderunt sanguinem eor̃ et non erat qui sepeliret. Q̃uis non potest ledi tua maiestas: nec tua gloria minui: decet tamen seruos tuos: decet nos miseros christianos: que tuam velut in cõtumeliã fiunt. totis conatibus auertere atq̃ vlcisci. Non

tulit phinees adulterantem sambri: sed zelo incensus domini Madianite scortum & illum interfecit. Vidit Matathias sacrificantem idolis hebreū & doluit. & contremuerunt renes eius: & accensus est furor eius fm iudicium legis: & insiliens trucidauit eum super aram. Sed quis est zelus nr̄ que cura religionis? Blaspbematur sancta trinitas: conculcatur euangelium: sacra nostra prorsus abiiciuntur. Christianum nomen funditus eradicatur: & subticemus. Nemo est qui pro communi salute assurgat. Stat mater ecclesia dolens & gemens: & non est qui consoletur eam. Et quid dici de nobis potest infelicibus christianis nisi propbeticum illud: Facti sumus obprobrium vicinis nostris: subsannatio & illusio bis qui in circuitu nostro sunt. Maiores nostri Hierosolimam perdidere & omnem asiam & libiam. Nostro tempe grecia est amissa & europe maxima pars In angulum orbis redacta christianitas est. Dei & domini nostri Iesu christi sepulcrum nisi saraceni velint videre nō possumus. Questus causa nobis illud ostendunt. Patriarchales sedes veneratu dignissime Constantinopolitana: anchiocena. alexandrina & hierosolimitana iugo seruitutis oppresse a saracenis occupantur aut a thurcis. Non sine dedecore & ignominia christiani nominis romanam ecclesiam matrem omnium fidelium ac magistram: quam beati apostoli Petrus & Paulus suo martyrio dedicarunt: nunc nobis eripere Machometes interminatur: & faciet nisi tandē excitemur a somno & conatus eius studemus eludere. Ve nobis christianis principibus: ve nobis: vt quid nati sumus videre cōtritionem populi nostri: & cōtritionem sacre religinis. Videmus fratres nostros in manus inimicorū rapi: & diuersis excarnificari supplicijs: & non mouemur. Videmus indies christianorum prouincias ab infidelibus inuadi & nō angimur. sed in domo quiescimus. Quot iam regna ab euangelio sunt aliena: que gens iam non hereditauit terram domini et nō obtinuit spolia eius. Siue orientē respicimus: siue meridiem: siue in arcton vertimus oculos: omnis ecclesie compositio ablata est. Ancillam videmus que fuit libera et domina gentium. Ecce sancta nostra et pulcritudo nostra & caritas nostra magna ex parte desolata. Coinquinauerūt eam thurci & saraceni & alie fedissime gentes. Quid nobis adbuc viuere: nisi cogitamus de tanta infamia surgere: ac pristinum recuperare decorem. Commouemur vehemēter dum talia mente voluimus angimur: cruciamur. Nec animo possumus esse quieto: nisi principes christianos p tutela sacre religionis aduersus impios thurcos arma sumere videamus. Pastoralis officii nostri ē: quis nescit dominici gregis curam gerere: qui eius loco successimus: cui dictum est a domino. Pasce oues meas. Oues Christi fideles populi sunt: bis consulere nos oportet: bas protegere: & totis conseruare conatibus: ne luporum aut aliarum bestiarum morsib? pereāt. Sed quid agat infelix pastor: vbi luporum innumerabiles turme gregem inuadunt: iussiq canes insurgere latrare ac defendere cau\as ob

audiunt ac diffugiunt. Hec impresentiarum conditio nostra est. Turci tanq̄ lupi & immanes bestie ouile dominicum id est christianaꝫ plebem lacerare conantur & lacerant. Vocamus in auxilium principes tanq̄ custodes christiane plebis. Aures claudunt: nolunt audire vocem pastoris Post sua quisq̄ desideria pergit. Quid agemus soli: ne lupos hoc ē turcos aggrediemur. Non sunt vires nostre que tantam vim ferre queant. Nimium creuit turcorum potentia. Nec potest eorum imperium deleri nisi christianorum magno conatu magnisq̄ classibus & exercitibus. Non habet apostolica sedes vnde ista cōquirat nisi christiani reges christianiq̄ populi opem offerant. At hoc eis hactenus suadere non potuimus. Conuentum fecimus: legatos misimus. Omnia tentauimus que visa fuerunt ad excitandos animos pro tempore necessaria. Non profecimus. Quomodo nunc proficiemus? Quid ergo? Negligemus ne fidei defensionem? Minime quidem. Pastor bonus inquit in euangelio veritas animam suam ponit pro ouibus suis. Mercennarius autē & qui non est pastor: cuius non sunt oues proprie: videt lupum venientem & dimittit oues et fugit: & lupus rapit et dispergit oues. Admonemur his verbis: quidnam agere debeamus. Extrema omnia tentanda sunt pro salute dominici gregis. In grauioribus morbis grauiora adhibent remedia medici. Idem & nos facere conuenit: non decet pastorem suas oues relinquere. Occurrere lupis oportet etiam si sit anima pro grege ponenda. Pastor bonus imitandus est dominus noster Hiesus: & optimi preceptoris vestigiis inherendum: qui verbo quod docuit opere adimpleuit. Alios hactenus exhortati sumus defensionem fidei suscipere: atq̄ in bellum ire; missuri legatos & alia facturi que nostre facultates sufferre possent: mansuri pro necessitatibus ecclesie apud septa ouium que restant nondum expugnate: Nunc maiora promittemus et quando aliter excitare christianorum torpentia corda non valemus. nosip̄os periculis obiectabimus; nostrumq̄ caput aduersus turcos offeremus in bellum: & quantum nobis ecclesia romana & patrimonium beati Petri ministrare poterit: tantum pro fide catholica protegenda exponemus & profundemus in hoc itinere. Nec soli proficiscemur in hostes. Clarissimo genere natus & amabilis deo princeps Philippus burgundie dux in hanc expeditionem venturum se offert: non sine delecta militum manu & exercitu valido. Potentis & clari venetorum ducis Christoferi mauri ingens & formidanda classis superioribus mensibus in greciam nauigauit: totamq̄ fere Peloponnesum vi atq̄ armis eripuit hosti. Ischumemq̄ peninsulo qui sex milibus passuum inter duo maria patet vndecim (vt aiūt) diebus excitatis: muris ac turribus dan sit: memorabile factum: & inter preclara veterum opera numerandum. Hec eadem classis (vt promissum est) nobis non deerit. Spondent quoq̄ & ceteri ytalie potentatus pro sua religione & in commune bo-

num affectione. precipua tam sancto digna ope auxilia. Fauēte nobis altissimo maritimū bellum feliciter absoluemus: qm̄ non sunt turci pares in pelago venetis. Ex altera parte in terra pugnabūt. Hūgari genus hominū in bello ferox: & iam turcos vincere didicerūt. Inclitus rex gētis Matbias iam coronam & pacē in regno cōsecutus: ingētes poterit deriuare atq; in preliū ducere copias: hec nobis certissima sunt belli presidia. Cū bis ibimus: cum bis dei p̄lium decertabimus. Erunt & albani nobiscum & multi p̄ greciam (vt speramus) & al's bosti subactas p̄uincias a turcis deficiētes: castra nr̄a sequent̄. Christiani em̄ sunt: oderuntq; machometem. Nosti parēt coacti metu: qui nō est diuturnus magister officii. Vt primū spes libertatis affuerit aduersus insolentes dn̄os cornua erigent. Nec deerunt in asia metus vt sunt in omni gēte atq; in omni p̄uincia male pacati homines. & nouitatū cupidi qui tēpus expectāt. Mō erit facile turcis tot locis occurrere. Difficile defendit̄ q̄d vndiq; a mltis oppugnat̄. Q d̄ si quis innumerabiles bostiū copias esse dixerit: nec putauerit in castris fidelibus parem numerū cogi posse. Respōdemus multū inter se distare homines & alios natura imbelles eē: alios feroces Virtus spectanda ē magis q̄ numerus. Nō est in multitudine exercitus victoria belli. De celo fortitudo concedit̄. Tam facile deo nr̄o est in paucis vincere q̄ in mltis. Nostra causa dei ē: pro lege dei pugnabimus: ip̄e deus cōteret bostes ante faciē nostrā. Audimus susurrare aliquos. Nō desunt q murmurantes aiunt. Quid ages in bello senex egrotus sacerdos. Nō est bellare tuum. nec potes. nec debes ferire gladio: qui loco eius suffectus es cui p̄cepit dn̄s vt gladiū in vaginam mitteret. Reges tuo iussu tenentur enses exerere tuum ē iusta bella gerētibus b̄ndicere. Fatemur nō cōuenit nobis effundere sanguinē: qm̄ p̄ alios possumus iusticie fideiq; necessitati subuenire: q̄ si religio in piculo est & absq; nr̄o non potest ferro defendi. nō est nobis vetitū q̄d Samueli & Helie legit̄ fuisse permissum Sed nec ē boc propositū nostr̄: vt gladio pugnemus in bello. Nam quo pacto strinxerimus ensem quivix manū ad b̄ndicendū ppl'm possumus eleuare. Oratione pugnabimus non ferro: precibus adiuuabimus preliantes non brachiis. Erimus in alta puppi aut in aliquo monte p̄pinquo dum preliabitur & nostris benedicemus: bostibus vero maledicemus. quēadmodum de Moyse legitur in bello amalechitarum quo orāte vincebat israel. cessante orare succūbebat. Orabimus & nos sine intermissio ne pro bellatoribus nostris: boc prestare poterimus: boc sedulo faciem? Cor cōtritum & bumiliatum non despiciet dominus. Possemus & boc ipsum domi manētes facere nec minus valerent preces: sed non est sola orationis causa: que propriam sedem relinquere cogit & in bellum trabit. Vt alios excitemus pergimus. Exemplo nostro q̄plurimos inuitare studemus. Sequentur & nos venerabiles fratres nostri sancte romane ecclesie cardinales. quēadmodum ad bocipsum qui validi sunt sponte se

obtulerūt. Sequentē & epī complures & alii minoris ordinis sacerdotes & clerici. non oraturi tm̄: verūetiam pugnaturi cum res ipsa postulauerit. Exptas quoq; bellorū & robustissimas militum cohortes & fortia pectora iuuenum ex agris eccl'ie ducem? ad prelium: qui nobis oīone pugnātibus ferro pugnent. Ibimus extenso dominice crucis vexillo: Sacratissimum xpī corpus precedet & sanctarū reliquiarū arcula. Saluatorē in bella vadentē sequemur. Ipsi coberebimus: ipsi preces assiduas porrigem? ab ipo salutem implorabimus. Miserebit̄ nostri (vt arbitramur) piissim? Iesus: nec populum suum in hostium manus venire pmittet: cuius pciosissīmus sanguis in ara crucis effusus a maligno nos hoste liberauit. Et quis erit christianorum tam ferri. tam lapidei. tam ferrei pectoris. qui audiens romanum pontificem beati Petri successorem domini nostri Iesu christi vicarium: eterne vite dauigerum. patrem ac magistrum vniuersorum fidelium. cum sacro senatu cardinalium cleriq; multitudine in belluz pro tuenda religione proficiscentē. libens domi remaneat. Et que poterit excusatio quenq; iuuare. senex. debilis. egrotus in expeditionē pgit: & tu iuuenis sano ac robusto corpore domi delitescis. Summ? sacerdos Cardinales episcopi preliū petunt. & tu miles. tu baro. tu comes. tu marchio. tu dux. tu rex. tu impator in edibus ppriis ociaberis. Siccine puerti hominum officia patieris. vt que sunt regum sacerdotes agant. & que nobilitati conueniunt subire clerum oporteat: Necessitas ire nos vrget. quia non possumus alio pacto pro diuine legis defensione xpianorum animos cōmonere. Vtinam & hoc modo cōmoneamus. Non pgimus in bello tanq; nostri sit officii: sed quoniā aliter consulere fidei nō valem? Nescimus an hoc sufficiens remedium erit. Mandauit dominus btō Petro vt titubantes fratres sua cōuersione confirmaret dicēs. Ego rogaui p te Petre vt nō deficiet fides tua: & tu aliquādo cōuersus confirma fratres tuos. Quod Petro dictum est: & nobis dictum intelligimus. Confirmare fratres qui titubant debemus. Confirmabim? vos fratres & filios (vt speramus) hac profectiōe nostra & ita non pualebunt porte inferi aduersus eccl'iam dei nobis cōmissam. An denegabitis nobis auxilia vestra. & caput vestrum. patrē ac magistrū in hostes pficiscētem: fideles xpiani relinquetis. En quāta gloria vobis erit crucē domini cum sacratissimo corpore Iesu. ipsumq; romanum pīsulem sine vestris presidiis in hostem pergere. Noscite reges ac principes officium vestrum. Idcirco gladium geritis vt eccl'esiam fidemq; tueamini. atq; vt malos & iniquos homines debita pena coerceatis. Et qui nam homines peiores cq; thurci reperiunt̄. qui fidem sancte trinitatis abiiciētes. & saluatorē christum verum deum esse negantes: abobminabilem machometis cōplexi legem in oīa scelera plabunt̄: & iam maximam orbis partem suis nephandissimis abusib? fedauerunt: & legem conant̄ euangelicam dissipare. Aduersus hos gladium dedit vobis diuina maiestas. In hos illum exercere debetis ac diui

nam vlcisci contumeliam. An non pudet tam diu: tam fedam gentem: tã turpiter in christianos esse grassatam. An bellum non satis iustum: non satis necessarium esse putatis: aduersus nationes que cõuenerunt dispergere vos & sancta vestra. Accingamini iam tãdem: & quoniã sine nobis ire non voluistis: ite nobiscum: sumite arma & scutum & venite in auxilium nostrum. imo vo vestrum & vniuerse reipublice christiane. Exemplũ de Philippo recipite quem nec domestice delicie (quibus prouincie sue plurimum abundant) nec suorum preces. nec itineris longitudo aut difficultas. aut senectus ipsa ex pposito suscipiendi contra turcos belli vsq; in banc diem deiicere potuerunt: neq; fauente domino in futurũ deiicient Imitamini hunc nobilissimum principem: memẽtote professionis vestre quam in baptismate subiistis. Cogitate cũtum deo tenemini & cũtum pximo. Reddide vicem pro susceptis beneficiis. Estote grati altissimo qui vos creauit ex nihilo. Nec animalia bruta aut lapides: sed homines rationales esse voluit. Et cum primi parentes culpa dãnati essetis ac mancipia facti demonũ: misit filium suum in similitudinez carnis peccati qui morte sua mortem vestrã deleret. Stupenda & inextimabilis charitas vt seruũ redimeret: filio suo nõ pepercit. Dominus Iesus in cruce pro nobis inter latrones pependit. Innocens agnus euz sceleratis deputatus est. Speciosus forma pre filiis hominũ euerberat⁹: laceratus ab impiis: deformis apparuit. A planta pedis vsq; ad verticem non erat in eo sanitas: neq; species: neq; decor. Si placuit patri qui ppter peccata nostra tradidit illum. Propiciatorem em̃ proposuit eum per fidez in sanguine suo. Iniquitates nostras ipse portauit: & liuore eius sanati sumus: qui cum inimici eẽmus reconciliati sumus deo per mortẽ filii eius. O crudelis christiane: o ingrate: o mentis inops: potes ne ista audire & non animo cõmoueri: & nõ cupe pillo mori qui pte mortu⁹ est. De bonore illi⁹ agit̃ qui te de dyabolica seruitute pcioſiſſimo sanguine suo redemit. De xpi noie disceptat̃. de fide catholica de baptismo. de ceteris eccie sactis. de sacro sctõ euãgelio. Aduersus hec omia turci militant. Hec euertere ac prorsus delere conãtur: & tu nihil cõtra moliris. Quid agis iners: redde te gratum deo: & cogita qnam pacto creatori redẽptoriq; tuo aliqua ex parte satisfacias. Et quoniam peccator es. redime tuas iniquitates hac tam sancta & salutifera pfectione. An diuicias bonitatis domini & patientie & longanimitatis eius contẽnis. An ignoras quoniam bonitas dei ad pniam te adduxit. Caue ne fm duriciã tuam & impenitens cor. iram tibi thesaurizes in die ire: & reuelationis iusti iudicii dei: qui reddet vnicuiq; fm opa eius. Conuertere & agito penitentiã ab omibus iniquitatibus tuis: & nõ erit tibi ruina. Propterea expectat dominus vt misereat̃ tui: proiice puariçatiões antiquas & fac tibi cor nouum: & spiritũ nouũ & veni. Milita pro domino ne morte moriaris eterna. Cogita de proximis tuis & fratribus xpia nis: qui vel sunt in captiuitate thurcorũ dura seruitute pressi: vel captiuari

